COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS VII. PARS II.

LIPSIAE. MDCCLVIII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Londini apud A. Linde, Pariſiis apud Briaſſon, Patauii apud I. Manfré, Venetiis in B. Albrizzi et S. Coleti officinis, Romae apud Venant. Monaldini.

I.

Recueil Periodique d' Obſervations de Medecine, de Chirurgie et de Pharmacie. Tome III. à Paris, chez Ioſeph Barbou, MDCCLV. 8. alph. 1. pl. 7.

i. e.

Collectio periodica obſeruationum ad artem ſalutarem, chirurgiam et pharmaciam pertinentium. Tom. III.

Inter numeroſas, quae hic occurrunt obſeruationes, eas, quae aliis praeſtant, recenſendas curauimus, ad reliquas quod ſpectat, ſummam contentorum apponere, ſufficiet.

In *menſis Iulii* 1755. *Articulo I.* deprehenduntur:

1) *Obſeruationes de calculis veſiculae fellis.* Auctore Cl. VARNIER. Inter alia, quae in multis iam de eiusmodi argumento editis libellis accuratius pertractata habemus, notamus, quod uſurpato infuſo ſaluiae nec non lauatione urinae calidae et recentis non nulli aegrotantes a calculis liberati fuerint. p. 5.

2) *Obſeruatio de veſica urinaria in epigaſtrium uſque tendente.* Auctore Cl. LE CLERC. p. 11.

3) *Obſeruatio de puſtula quadam digitum periodice occupante.* Auctore Cl. HOIN. Iuuenis, cuius digi- p. 15.

tus index ad radicem unguis acu pungitur, impudicorum more foeminae cuiusdam partes genitales eo ſtatim tangit. Quo facto puſtula quaedam eodem hocce die digitum occupat, quae elapſis quatuor diebus in ſuppurationem abit, et deinde exſiccatur. Notatu autem dignum videtur, quod puſtula omni menſe, atque eodem quidem tempore, quo iſti foeminae menſes fluxerunt, digitum iterum occuparit, atque iſtud malum tamdiu obſeruatum fuerit, uſque dum multis remediis externis incaſſum adhibitis, lapide tandem infernali per plures dies applicato hincque ſuppuratione larga excitata mali regreſſus impeditus prorſus fuerit.

p. 17. 4) *Continuatio obſeruationis de Ptyaliſmo ſcorbutico, menſi Maio. Tom. II. inſertae.*

p. 20. 5) *Auctorum diarii,* Bibliotheque raiſonnée, dicti *ſententiae de diſſertationibus* Cl. SAVVAGE, *febrem et inflammationem concernentibus.* Oſtendunt nimirum, quod Cl. SAVVAGE in refutanda BELLINI theoria occupatus totum hoc animae tribuerit commercium, STAHLIVM hac in re omnino ſecutus.

p. 33. 6) *Litterae* Cl. MORAND *ad Editorem huius diarii* exaratae occaſione viri ſupra modum obeſi, cuius mentio menſe Aprili 1755. facta eſt, plures itidem obeſos praeter naturam commemorat.

p. 35. 7) *Obſeruatio de monſtro quodam.* Auctore Cl. BROSILLON. Puer nempe natus fuit, cuius regioni epigaſtricae portio quaedam corporis, peluis nimirum cum adnexis extremitatibus inferioribus alius infantis, adhaeſit. Hanc peluim ligamentum quoddam debile, cartilagini xyphoideae inſertum, pariterque cutem, a cute pueri completi productam, firmaſſe, atque urinam, quod notabile eſt, per partes genitales, infanti proprias, itidemque per adnexi corporis partes effluxiſſe, legimus. Elapſis aliquot a partu ſeptimanis puer iſte obiit. Corpore dein diſſecto inter alia, quae repererunt, notamus, in adnexo

nexo corpore peregrino unum renem cum ſuo uretere, veſicam atque urethram cum corporibus cauernoſis, teſtes vero nullos apparuiſſe.

8) *De diuerſis agarici interne et externe uſurpati effectibus obſeruationes* communicauit Cl. ROCHARD, oſtendens, agaricum ſecurum eſſe remedium ſtypticum, cuius virtutes in ſiſtendo fluxu ſanguineo, per aluum exeunte, inque narium nec non membrorum amputatorum haemorrhagia compeſcenda expertus laudat. p. 37.

9) *Obſeruatio de uſu Chinae in febribus.* Auctore Cl. MOVBLET. Examinato febrium charactere Cl. Auctor oſtendit, eum in ſolidorum relaxatione atque hinc dependente humorum viſcoſitate conſiſtere. Cum igitur omnium remediorum conuenientiſſima iudicet, quae tonica ſimulque ſudorifera ſunt, hasque proprietates ſecundum huius ſententiam cortex peruuianus poſſidet, eum igitur tanquam ſpecificum commendat, ita tamen, ut, euacuationibus praemiſſis, pro diuerſae dein anni tempore porro pro diuerſa febrium indole et aegrotantium etiam natura talia inſimul cum cortice iungantur remedia, quae laudatas eius virtutes vel exaltant vel moderantur, quaeque corticem in quolibet corpore utilem omnino reddunt. Cuncta enim remedia, quae febribus mederi dicuntur, eum in finem exhiberi aſſerit, ut corpus ſufficienter praeparetur, quo cortex demum ſuam vere exercere queat efficaciam. p. 49.

In *Articulo II.* ſequentia traduntur:

1) *Academiae regiae chirurgicae conuentus publicus*, in quo 1. Cl. PIPELET *obſeruationem de curatione herniae inteſtini gangraenoſi, cum ſingularibus rerum attributis coniunctae.* 2. Cl. HOVSTET, *de peculiari quadam exoſtoſis ſpecie.* 3) Cl. RVFFEL, *obſeruationes de bonis effectibus cauterii ſaepius in epilepſia adhibiti.* 4. Cl. LOVIS *de calculis urinariis extra vias* p. 60.

urinarias formatis, et 5. demum Cl. DV BERTRAND *hiſtoriam vulneris hepatis et diaphragmatis curati* praelegerunt.

p. 61. 2) Cl. c. * * *obſeruatio de pernicioſo cauſticorum uſu.* Empiricus quidam tumori cyſtico, a femore ad ſuras uſque ſe extendenti cauſticum aliquoties applicuit, ita, ut dolore ſummo excitato et tumore de die in diem in peius ruente, atque gangraenoſo dein facto aegra tandem febre inſigni multisque ſymptomatibus valde moleſtis afflicta vitam amiſerit.

p. 68. 3) *Litterae* Cl. CHABROL ad Cl. GALABERT ad *agaricum ſpectant.* Iſtis probatur quod agaricus rite applicatus, licet a quibusdam accuſetur, optimo tamen cum ſucceſſu in amputatis membris haemorrhagiam compeſcuiſſe viſus ſit.

Articulus III. continet

p. 74. *Obſeruationes*, quas *de examine chemico aquae minerali*s Cl. CALSABIGI a Cl. VENEL et BAYEN inſtituto exhibet Cl. H. * *.

Menſis Auguſti 1755. *Articulus I.*

p. 83. 1) *Litteras* tradit, quibus Cl. SAVVAGE Auctoribus diarii, *Bibliotheque raiſonnée*, dicti, reſpondet et imputationem, quod in explicanda febris inflammationisue theoria STAHLIVM, animae cuncta tribuentem, ſecutus ſit, a ſe depellere conatur.

p. 117. 2) *De morbo epidemico, qui varias Galliae prouincias infeſtauit, obſeruationem* exhibuit Cl. A. * *. Fuit nimirum febris ardens cum peripneumonia lethali coniuncta. Nullus fere ſenum euaſit, itidemque debiles perierunt. Hunc morbum aeris temperiei non absque ratione Cl. Auctor adſcripſit. Aeſtate enim praeterita ann. 1754. ſubſequenteque autumno magnus obſeruatus fuit calor, quem valde frigida excepit hyems. Circa finem martii et totum fere aprilem

lem calor valde notabilis fuit, quem iterum notabile ſubſecutum eſt frigus.

3) *De morbo, qui* locum quendam Galliae *Bourbon-Lancy*, dictum, *aliaque circa eum adiacentia loca inuaſit et a menſe decembri* 1754 regnauit, *obſeruationem* communicauit Cl. PINOT. Ex hac ſaltem notamus, morbum hunc pleuro-peripneumonicum fuiſſe, atque ſenes omnes eo periiſſe, iuniores vero non niſi difficulter eum ſuperaſſe. Verum, etiam hic notandum eſt, quod ab ultimis menſis nouembris diebus ad finem uſque ianuarii inſigne frigus obſeruatum fuerit. p. 122.

Articulus II. continet:

1) *Litteras* ad Cl. LE CAT *datas, quibus* Cl. DESTREMEAV contra Cl. CHABROL demonſtrare annititur, quod agaricus in compeſcenda amputati membri haemorrhagia tantam ſecuritatem minime ſecum ferat, quantam ligatura habeat. Sequitur p. 138.

2) *Summa epiſtolae* Cl. SCHLOSSER ad Cl. MISSA, qua narratur, in amputati brachii atque pedis etiam haemorrhagia compeſcenda agaricum inſignem tuliſſe opem, ita, ut agarico ſponte decidente ſanguis, qui antea magno cum impetu ex arteria proſiluit, praeter omnem opinionem non niſi tenui quaſi filo effluxerit. Orificio igitur arteriae examinato nullum in eo coagulum, ſed id ipſum contractum repererunt, aliudque ſtatim agarici fruſtum applicantes haemorrhagiam plenarie ſuſtulerunt. p. 147.

Articulus III. continet:

Obſeruationem hiſtoriae naturali et pharmaciae inſeruientem. Obſeruauit nimirum Cl. MORAND anno 1749. pruna ſylueſtria ſolitis maiora, figuraque ouali praedita. Haec ulterius examinans, aperturam ad interiora uſque penetrantem, atque nucleorum defectum reperit. In cauſam igitur inquirens p. 150.

coniicit, pruna in incremento adhuc conſtituta ab inſecto quodam punctа fuiſſe, hocque viam ſibi ad interiora parans nucleos adhuc iuniores conſumſiſſe, ita, ut pruna dein in talem excreſcentiam degenerare potuerint. Quae coniecit a Cl. REAVMVR confirmata eſſe videntur. Hic enim tale quid iam obſeruauit, et inſecta vere in iisdem reperit. Tandem etiam notat, pruna haec non adeo auſtera, ſed magis mitigata, oleoſa et quaſi balſamica fuiſſe, hincque virtutem eorum diſquirens ſuccum eorundem ſucco acaciae agyptiacae aequiparat, illumque huic ſubſtituendum eſſe, cenſet. Cauſam autem, cur iſta pruna non adeo auſtera ſed leniora fuerint, itidem in inſecta transfert. Notat enim, ficus in inſula, Milo dicta, dari domeſticas, quae, ut Cl. TOVRNEFORT commemorat, haud prius maturitatem acquirunt, ac ſi ab inſectis punctae ſint, quare etiam fieri perhibet, ut incolae iſtius inſulae ad accelerandam maturitatem ipſa inſecta a ficubus ſylueſtribus depromant ibidemque transferant.

p. 165. In *menſis ſeptembris* 1755. *Articulo I.* occurrit: *Quaeſtio a* Cl. HAZON propoſita. *An diaeta omnibus neceſſaria, magis vero Lutetiae Pariſiorum incolis?* Quae in partem affirmatiuam reſoluitur. Hic ſaltem notamus, diſſertationem hanc latine ſcriptam et huic diario inſertam in gratiam exterorum, Lutetias tendentium, exaratam eſſe, quo nimirum normam, ſanitatem conſeruandi, habeant.

p. 182. 2) *Epiſtola* Cl. DARLVE *ad* Cl. MOLINARD *de rabie hancque curandi methodo.* Multos nimirum homines, partim a lupo partim a canibus furioſis demorſos, ope unguenti mercurialis, quod vulneribus affricuit, atque turpethi mineralis interne etiam ſumti auxilio a rabie praecauit, quorum non nulli aliquo iam tempore poſt inflicta vulnera elapſo ipſisque vulneribus iam ſanatis. metu, ne fierent furioſi, ad Cl. Auctorem

Auctorem venerunt, quibus idem remedium interne et externe porrexit, atque immunes reddidit, quid? quod ſe ipſum, a cane rabido demorſum, iisdem his remediis uſurpatis curauit, atque a rabie praecauit, licet ab eo tempore, quo demorſus fuerat, menſis iam praeterierit. Notamus autem, omnes demorſos, remedia ante euolutae rabiei ſigna uſurpantes, atque non nullos, in quibus venenum hoc ſeſe iam manifeſtauit, remediis his uſurpatis a rabie ſaluos manſiſſe, quosdam autem obiiſſe.

3) *Continuatio obſeruationum de rabie.* Prima ob- p. 203.
ſeruatio ex litteris, quas Cl. STARR ad Cl. HVXHAM dedit, depromta eſt. Demorſo nimirum equo externe applicuit unguentum mercuriale, interne autem laudatum illud in rabie remedium anglicanum, lichenem nempe cinereum terreſtrem et piper nigrum cum lacte ei exhibuit. Licet autem hoc animal per aliquot tempus a rabie liberum manſerit, iſtud tamen ea dein correptum trucidatum fuit.

Obſeruatio ſecunda adducitur ex Cl. GMELIN p. 205.
diſſertatione inaugurali, ubi remedii ſpecifici contra rabiem, febres malignas, peſtilentiales, putridas, inflammatorias cum ſingultu, mania, melancholia cet. ſtipatas mentionem fecit. Remedium hoc anglis uſitatum ita deſcribitur: ℞ Muſci, Cinnabaris, Coccinellae aa. gr. XVI. Hoc in febribus, malignis ad gr. 8. 10. et 12 in maniacis vero ad gr. 24. et in inflammatoriis tandem ad gr. 12. exhibitum opem omnino tuliſſe referunt. Aſt definitum tamen non eſt, utrum iſtud remedium eos, qui rabie correpti fuerunt, immunes reddiderit.

Tertia tandem obſeruatione ſequens contra ra- p. 207.
biem commendatur remedium. ℞ ſpiritus vini ℥ij opii gr. V. Moſchi gr. VIII. Cinnabaris artificialis gr. 49. M. Fiat Potio. Aſt, nihil in homine demorſo praeſtitit; febre enim inſigni correptus periit.

p. 208. 4) *Epiſtola* Cl. RAVIIN *ad* Cl. DARIO, *ſeniorem, de inſitione variolarum* continet epitomen argumentorum, quae a duobus viris propoſita fuerunt. Alter eorum pro inſitione variolarum argumenta et obſeruationes adfert. Alter autem cuncta haec impugnat et contra ea diſputans itidem argumenta, noxam inſitionis variolarum probantia, adducit et obſeruationibus confirmat.

p. 224. 5) Anonymi cuiusdam *litterae ad* Cl. MISSA inſitionem variolarum commemorant et obſeruationem communicant, quae oſtendit, quod inſitio earum omnino periculoſa ſit. Vix enim euaſit homo, cui variolas artificiales excitarunt. Apparuere enim in tanta copia, ut merito pro confluentibus haberi potuerint.

p. 227. 6) *Obſeruatio de hydrocephalo ſeu hydrope capitis una cum oſſium cranii tranſparentia et mollitie.* Auctore Cl. BETBEDER. Dum haec litteris conſignata ſunt, caput infantis in inſignem iam abiit magnitudinem, infans autem ipſe in viuis adhuc fuit.

In Articulo II. deprehenditur:

p. 232. 1) *Epiſtola reſponſoria* Cl. CAT ad Cl. DESTREMEAV, quae agarici meminit. Hac probatur, quod agaricus nulla qualitate ſtiptica praeditus omnem vim, ſi quam exerceat, ob ſubſtantiam ſpongioſam exſerat. Ob hanc vero rationem plumaceolos ſubtiles tenui puluere abſorbente adſperſos fungo, Lycoperdon dicto, imo magis agarico praefert. Aſt et his ligaturam anteponit.

p. 234. 2) *Obſeruationem de fractis ulnae oſſibus* communicauit Cl. BARDE*. Quod alii iam annotarunt, et huic obſeruare contigit. Per quatuor nimirum menſes oſſa omnem reſpuerunt conſolidationem, idque quidem

* vid. Philoſoph. Tranſact. n. 494. p. 397. et Comment. noſtr. Vol. I. Part. IV. p. 689.

quidem ob rationem, quod foemina grauida fuit. Partu enim enixo callus ſtatim ſeſe formauit, et menſe circiter elapſo brachium reſtitutum fuit.

3) *De extirpatione excreſcentiae carnoſae obſeruatio-* p. 236.
nem inſeruit Cl. MORTIMER. Fungus nimirum, extra partes genitales propendens et ad uteri orificium uſque ſeſe extendens ope fili conſtrictus demum decidit.

4) *Calculi inſignis magnitudinis* mentionem fecit p. 237.
Cl. HEBERDES, Lapis iſte, qui in veſica urinaria foeminae cuiusdam repertus fuit, plus quam 33. uncias aequauit, et, quod notabile, ultimis tantum vitae diebus huic foeminae moleſtus fuit. Antea enim nullum incommodum attulit.

Menſis Octobris 1755. *Articulus I.* continet:

Quaeſtionem medicam ſupra pag. 165. latine pro- p. 243.
poſitam, hic autem gallice verſam.

2) *Noua ſymptomata ab alimentis in vaſe cupreo* p. 260.
praeparatis inducta obſeruauit Cl. COSNIER *iunior.* Duabus ſcil horis a prandio elapſis quinque foeminae, quae cibum ex lacte cum ſaccharo in vaſe cupreo parato ſumſerunt, ſubito in regione ventriculi magnis corripiuntur doloribus, quos ſtatim vehementes comitantur conuulſiones, quae in abdomine in primis et extremitatibus ſuperioribus et inferioribus animaduertuntur. Eiulatus praeterea, quem emiſerunt, vel ululatui vel ranarum coaſſatione ſimilis atque ſenſorium commune ita turbatum fuit, ut pro delirantibus omnino haberi potuerint. Dum literis haec mandata ſunt, mater et filia natu minima malis his liberata fuerunt, reliquae autem ſanitatem nondum plenarie recuperarunt.

3) *Exceſſum partium in pullo gallinaceo, defectum* p. 266.
autem in duobus canibus obſeruauit Cl. GEOFFROY. Ad pullum quod ſpectat, iſte omnes fere partes et internas et externas duplices habuit, ita tamen, ut perfecte

perfecte coaluerint, quarum autem non nullae, quoad exteriorem habitum ſimplices tantum viſae, interius tamen duplices apparuere. Sic duplex e. g. fuit cerebrum unico capite incluſum. Quod autem ad canes attinet, de iis in primis notandum, quod pedibus anterioribus caruerint, ita, ut diſſectis eorum corporibus ne ullum quidem pedum horum viſum fuerit veſtigium.

p. 274. 4) *Epitome relationis*, quam Cl. HOSTY, *per aliquot tempus Londini commoratus, de variolarum inſitione* exhibuit. Obſeruauit iſte Cl. Vir in duobus nosodochiis plus quam octogintos aegrotantes, variolis artificialibus laborantes, quorum quatuor duntaxat obierunt. Annotauit etiam, quod ii, quibus variolae arte excitantur, non adeo periculoſe decubuerint, ac in illis obſeruatum fuerit, qui eodem tempore variolis naturalibus laborarunt. Notandum praeterea eſt, quod corporis formoſitas a variolis artificialibus magis quam a naturalibus illibata perſtet, imo cuncta, ſecundum Cl. Auctoris obſeruationem, melius progrediantur, ſi arti quam ſi naturae hoc demandetur commercium.

p. 285. 5) *Meditationes criticae de hiſtoria dormitricis extraordinariae, menſis Februario huius diariii inſertae* a Cl. GONTARD. Quantum ex his videre licet, affectus iſte ſoporoſus non idiopathicus, ſed ſymptomaticus fuit. Huius enim cauſam in utero latere ideoque pro affectu hyſterico eum habendum eſſe, Cl. Auctor oſtendit.

p. 293. 6) *Litterae* Cl. N.** *ad Editorem huius diarii*, in quibus *abſtinentiae extraordinariae* mentio facta eſt. Puella enim quindecim annorum a d. 6. Decembr. 1754. uſque ad diem 20 Iunii 1755. ab omni cibo et potu abſtinuit, deinde autem ſenſim ſenſimque iterum potum aſſumſit, ita tamen, ut non niſi pauxillum una vice, ob deglutitionem difficilem, ſorbere potuerit.

* vid. Comment. noſtr. Vol. IV. P. I. p. 80.

potuerit. An vero et ſolidiorem dein cibum aſſumſerit, dictum non eſt. Aſt memoratu dignum videtur, quod durante abſtinentia nec perſpiratio nec ulla quoque alia euacuatio in puella obſeruata fuerit, perſpiratione autem iterum reſtituta, puella potum ſtatim ſorbere potuerit, hocque aſſumto urinam etiam poſtea emiſerit.

7) *Obſeruationem infectionis venenatae a fungo pernicioſo inductae, huiusque veneni antidotum* addidit Cl. HATTE. Ex quatuor perſonis, quae fungos venenatos, pro eſculentis habitos, aſſumſerunt, duae, quae in ſat magna copia eos comederunt, obierunt; duae autem, quae parum ab iis ingurgitarunt, ope diarrhoeae ſpontaneae euaſerunt. Cum autem nec oleum nec aqua tepida hic quidquam praeſtiterit, contra vero acetum, ſecundum aliorum obſeruationem, ad fungorum horum vim deleteriam immutandam multum valuerit, iſtud ea propter tanquam verum antidotum commendat. p. 299.

In *Articulo II.* occurrit:

1) *Obſeruatio fracturae a contritione factae una cum ſubſtantiae iactura.* Auctore Cl. ROCHARD. Ex hac tantum notamus, quod oſſa tibiae et fibulae contrita una cum reſtitutione plenaria ſubſtantiae antea per contritam deperditae ferruminata prorſus iterum fuerint. p. 315.

Menſis Nouembris Articulus I. continet:

1) *Continuationem hiſtoriae*, quam *de variolarum inſitione*, hancque inſtituendi *inſtructione* dedit Cl. HOSTY. In innumeris hominibus variolas artificiales optimo cum ſucceſſu Londini excitatas eſſe, ibique medicinam facientes praeter unum omnes ſtrenue variolarum inſitionem defendere, hic legimus. Sequuntur binae litterae quarum. p. 337.

Priores

p. 341. Priores Cl. PRINGLE ad Cl. HOSTY exarauit; Posteriores vero Cl. HADOW ad Cl. PRINGLE dedit, ex quibus notamus, homines ab anno tertio usque ad duodecimum ad variolarum insitionem aptissimos esse; porro scorbuticos, asthmaticos, foeminas pallidas variolis artificialibus laborantes haud peius se habere ac alios; tandem flauas, *Blonds* gallis dictos, utpote cute tenera praeditos, pauciores variolas numerare, ac eos subnigro colore cuteque crassa et firma gaudentes. Homines denique strictioris habitus paulo difficilius, succulentioribus pleniorique habitu praeditis, decumbere animaduertimus.

p. 345. 2) *Litterae* Cl. *de* BERGE ad *Editorem huius collectionis varios* commemorant *casus qui cadauera dissecantibus acciderunt.* Ita v. g. accidit, ut quidam, cadauer ad conficiendum sceleton parans, scalpello leuiter digitum laesit, quo autem facto malum ita increuit, ut iste, brachio gangraena correpto, die nono obierit. Simile quid et alii, corpus febre putrida defunctum secanti contigit. Hic enim absque eo, ut manus laeserit, statim ac in remouendis visceribus occupatus fuit, illas gangraena correptas extraxit. Haec igitur exempla eum in finem notata sunt, quo ii, qui in dissecandis cadaueribus versantur, sibi caueant, insimulque a foetore, quem spargunt cadauera, bene se munire studeant.

p. 349. 3) *Obseruationem de singulari quodam conformationis vitio* communicauit Cl. BALLAY iunior. In puella enim mense iulio 1755. nata labia leporina, ossium maxillarium superiorum defectum, nasum praeter naturam paruum, ossibus, naribus atque choanis carentem obseruauit. Praeter haec annotauit uuulae defectum, nec non valde paruas orbitarum cauitates, quarum sinistra oculum itidem paruum et profundius situm continuit, in dextra autem oculus plane nullus apparuit. Mortui infantis capite dissecto praeter alia, quae repererunt notamus, os ethmoideum et

sinus

ſinus frontales prorſus defeciſſe, atque cerebro et cerebello diſquiſito, utrumque ita diſſolutum fuiſſe, ut corticalis eius ac medullaris ſubſtantia diſtingui haud potuerint. Defuerunt etiam nerui olfactorii, puncta lacrymalia et vomer. Haec omnia, atque ea etiam, quae male conformata apparuere, accurate ſatis diſquiſita Cl. Auctor deſcribit.

4) *Litterae reſponſoriae* Cl. PEFFAVLT DE LA TOVR *ad litteras reſponſorias* Cl. LE CAT, *menſi iunio* 1755. *huius diarii inſertas* et *herpetem* commemorantes. p. 361.

5) *Obſeruationem de Bezoar quodam humano* tradidit Anonymus. Lapis hic, qui per aluum exiit, et oui columbini magnitudinem aequauit, variaque incommoda, dum in corpore haeſit, produxit, abſque omni dubio verus calculus biliaris fuiſſe videtur. p. 371.

6) *Obſeruationem de affectu quodam maniaco* communicauit Anonymus. p. 376.

7) *De hydrocephalo obſeruationem alteram* communicauit Cl. BETBEDER. Hac obſeruatione, quae continuationem hiſtoriae hydrocephali, menſi ſeptembri huius diarii deſcripti, ſiſtit, Cl. Auctor perhibet, capitis oſſa, quae menſe Auguſto 1755. mollia et cartilaginoſa fuerunt, menſe Nouembri eiusdem anni perfecte dura et firma apparuiſſe, caput autem et adhuc in magnitudine notabile augmentum accepiſſe. Notandum praeterea eſt, quod caput manu preſſum nullo modo ceſſerit, nec etiam ullum exterioris hydropis ſignum exhibuerit. p. 381.

8) *Obſeruationem practicam* inſeruit Anonymus. p. 388.

Articulus II. largitur

Litteras Cl. CHABROL *ad* Cl. GALABERT datas, quibus *obiectioni* Cl. DESTREMEAV *ad effectus agarici in haemorrhagiis factae* obuiam itur, bonusque agarici effectus duabus obſeruationibus confirmatur. Prior enim oſtendit, agaricum arteriae, dum vena p. 390.

ſecta

ſecta fuit, laeſae applicatum, non ſolum haemorrhagiam ſuſtuliſſe, ſed vulnus etiam intra octo dies absque ullo incommodo perfecte ſanatum fuiſſe. Posterior obſeruatio idem hoc confirmat, et enarrat, agaricum arteriae radiali, caſu diſciſſae, appoſitum ſanguis effluxum ſtatim impediuiſſe, vulnus autem optime conſolidatum eſſe.

Articulus III. continet.

p. 396. Anonymi *Meditationes de uſu antimonii crudi interno.* Antimonium, quod ex ſulphure et parte regulina, id eſt, arſenicali conſtat, nauſeas et vomitus interdum excitaſſe, obſeruatum fuit. Quos effectus non antimonio, utpote corpori ex ſulphure et regulo unitis conſtanti, ſed eius tantum parti regulinae aut ope ignis extricatae aut acido ventriculi ſolutae Cl. Auctor adſcribit. De uſu igitur antimonii in ſcabie, ulceribus, gonorrhoea, leuioribus malis venereis, febribus intermittentibus et effectibus a plumbo excitatis, in primis autem in arthritide certiſſimus, iſtud ab aliis etiam in dyſenteria, colica et vermibus laudatum commendat; aſt terrea tamen praemitti iubet, quo acidum forte in ventriculo praeſens abſorbeatur, ipſiusque antimonii poſtea tutior euadat uſus.

In *menſis Decembris Articulo I.* occurrit:

p. 403. 1) *Continuatio reſponſionis* Cl. PEFFAVT DE LA TOVR *ad reſponſionem* Cl. LE CAT *menſi Iunio* 1755. *huius collectionis de herpete inſertam.*

p. 415. 2) *Obſeruationes ptyaliſmi ſcorbutici, de quo menſe Maio huius diarii anno* 1755. *mentio facta eſt.*

p. 417. 3) *Reſponſio ad meditationes de exomphalo, menſe Maio huius collectionis* 1755. *publicatas,* a Cl. MARRIGVES ad Auctorem *huius diarii directa.* Hac demonſtrare annititur, quod vitium illud Tom. II. huius collectionis p. 31. deſcriptum, verum exomphalon verumque conformationis vitium fuerit. Sequuntur

4) *Lit-*

4) *Litterae*, quas Cl. GONTARD ad Cl. *le* CAT *de noua huius theoria morborum* exarauit, atque his theoriam hanc non ſolum defendere ſed et eandem ſimplicem, planam et ſatis firmatam eſſe, oſtendere conatur. p. 434.

5) *Obſeruatianes de morbo quodam ſingulari.* Auctore Cl. TRECOVRT. Morbus, quem in noſodochio quodam militari obſeruauit Cl. Auctor, inflammatorius et peripneumoniae ſimilis fuit, ita tamen, ut hac longe violentior apparuerit. Ingens enim reſpirationis difficultas, longumque inter in et exſpirationem obſeruatum interuallum, acutus ad regionem cordis dolor, pulſus paruus, oculi triſtes et lacrimantes atque arida nigraque lingua, morbum hunc periculoſum eſſe oſtenderunt. Notabile etiam fuit, quod aegrotantes, ſi ſitim, quae ingens fuit, aqua extinguere tentarint, eadem fere ac hydrophobi experti fuerint ſymptomata. Non nullis poſt mortem diſſectis corporibus cor plus minus ulceroſum, pericardium interdum adhaerens et pulmones per ſaepe gangraenoſos repererunt. Inter remedia adhibita venaeſectionem, aliquoties unius diei ſpatio adminiſtratam, maximam tuliſſe opem atque iſtum morbum ob aliis communicatum contagium contagioſum vere fuiſſe, legimus. p. 458.

In *Articulo II.* deprehenduntur:

1) *Litterae*, quas *de lithotomia cum lithotomo occulto peracta ad Auctorem huius collectionis* dedit Cl. GERARD, uſumque huius inſtrumenti extollens obſeruatione quadam comprobauit, atque iſtud multo minus periculi ac alia ſecum ferre, et dolores non adeo crudeles imo cuncta ſymptomata, eo uſurpato, longe leuiora obſeruari, aliisque igitur praeferendum eſſe, aſſeruit. p. 464.

2) *Obſeruatio de metaſtaſi quadam inflammatoria.* Auctore Cl. DOMINE. p. 468.

Articulus III. exhibet.

p. 469. *Epitomen operis*, cui *titulus: Examen chemicum et phyſicum aquae cuiusdam mineralis apud* Calſabigi *repertae, comparatae cum eiusdem collis aquis, ſub nomine nouarum aquarum mineralium dominae* Belami *cognitis.* Auctore Cl. DE MARCHY.

II.

Recueil Periodique d'Obſervations de Medecine, Chirurgie, Pharmacie etc. Par M. VANDERMONDE, Docteur-Regent de la Faculté de Medecine de Paris. Tome IV. à Paris, chez Vincent. MDCCLVI. 8. alph. 1. pl. 7.

h. e.

Collectio Periodica obſeruationum ad artem ſalutarem, chirurgiam, pharmaciam etc. pertinentium. Auctore Cl. VANDERMONDE. Tom. IV. etc.

Hic tomus a prioribus quodam modo differt. In fronte enim nomen ſuum Cl. VANDERMONDE collectionis huius editor appoſuit; Tomi autem ipſi, qui hactenus apud bibliopolam *Barbou* venditi ſunt, iam nunc apud *Vincent* proſtant. In eſſentialibus nihil mutatum eſſe animaduertimus, atque quod ad reliquas mutationes ſpectat, de his iam ſupra ſufficiens facta fuit mentio *.

In menſe *Ianuario* 1756. deprehenditur:

p. 2. 1) Praefatio, quam huic tomo praefixit Cl. VANDERMONDE, quaue oſtendit, quantam ab omni tempore obſeruationes praeſtiterint utilitatem, quid eaedem

* vid. Comment. noſtr. Vol. VI. P. I. p. 69.

eaedem in deſtruenda medicina methodica non ſolum verum et empirica valuerint, quidue tandem in ſtabiliendis rationalis medicinae fundamentis praeſtiterint. Ipſam enim medicinae theoriam obſeruationibus rite collectis ceu fundamentis niti magna cum probabilitate Cl. Auctor expoſuit. Sequuntur

2) *Litterae*, quas Anonymus quidam *ad Auctorem huius diarii de uſu ex obſeruationibus in medicina capiendo* exarauit. Hic traditur methodus, quae docet, qua ratione obſeruationibus utendum ſit, quo vera dein medicinae fundamenta iis ſuperſtrui poſſint, ita tamen, ut iſta minime appareat empirica. p. 19.

3) *Norma, quae ceu exemplar medicis et chirurgis ad bene colligendas obſeruationes proponenda.* Auctore Cl. R.**. Ad perficiendum hunc laborem Cl. Auctori tabula illa, a Cl. CLIFFTON hunc in finem iam propoſita, aptiſſima videtur. Eam igitur commendat; optime enim obſeruationes ad eam coordinari poſſe cenſet. Haec tabula ex ſex columnis conſtitit, quarum prima ſexum, aetatem, temperiem, occupationem et victum aegri continet; haec iterum in quatuor diuiditur claſſes, harumque prima Ingeſta, ut aerem cibum etc. ſecunda Geſta, ut motus corporis, affectus animi etc. tertia Retenta et Excreta; et quarta demum Applicata ut aerem, vaporem, linimentum etc. exhibet. Columna ſecunda diem morbi; tertia, morbi phaenomena; quarta, diem menſis; quinta remedia et ſexta tandem euentum comprehendit. p. 37.

4) *Litteras ad* Cl. BIANCHI dedit Cl. BASSANI, in quibus ſententiam ratione *experimentorum de ſenſibilitate et irritabilitate partium animalium* ab Ill. HALLERO *inſtitutorum* expetit. Sequitur, p. 45.

5) *Reſponſio* Cl. BIANCHI ad Litteras Cl. BASSANI, in qua iſte tendinum, membranarum et ligamentorum ſenſibilitatem oſtendit et multis accuratisque obſeruationibus confirmat. Vidit e. g. dum in p. 46.

cane cutem pedis poſterioris diſcidit, totum eius corpus ſpaſmo corripi, et durantibus his conuulſiuis motibus, urinam et excrementa profluere, eo ipſo autem momento doloribus ad modum ſenſibilibus afflictum fuiſſe animal obſeruauit. Poſt modum tendinem exterioris cuiusdam muſculi femoris denudauit, eumque cultello valde acuto pupugit, absque eo ut ullus motus obſeruari potuerit. Quiete deinde paululum conceſſa ſecundum longitudinem tendinis denudati aciculam immiſit, hancque verſus muſculi ventrem direxit. Quam primum vero, fibris carneis hactenus intactis, tendinem antea inſenſibilem tetigit, animal iſtud momento citius conuulſionibus correptum terribilem edidit clamorem. Poſt hac aquam fortem applicuit, et ad cuiuslibet guttae applicationem dolor admodum acutus obſeruatus fuit. Tum etiam tendinem inſtrumento quodam acuto irritauit, quo facto animal doloris leuioris ſigna primo reddens paulo poſt inſignibus conuulſionibus correptum annotauit.

p. 63. 6) *Breuis diſſertatio de Agarico.* Auctore Cl. FAGET. Ex hac notamus, agaricum arteriis ſiue amputatione membrorum ſiue alio caſu diſciſſis, haemorrhagiam compeſcuiſſe et diebus aliquot elapſis ſponte decidiſſe, ita tamen, ut nullum ultra ſanguinis profluuium obſeruari potuerit.

p. 66. 7) *Noua anatomiae inuenta appoſuit* Cl. BERTIN. Duos enim canales oſſeos in maxilla ſuperiori, per quos arteriae et nerui intrant, dentibusque ramulos largiuntur, deſcripſit.

p. 68. 8) *Obſeruationes de opio.* Auctore Cl. LORRY. Licet effectus opii cum vini effectibus comparare multi ſtuduerint, iſtud tamen huic parum analogum, aut analogiam valde limitandam eſſe, obſeruationibus variis admonitus Cl. Auctor oſtendit. Ita enim in homine effectum opii non niſi altero poſt aſſumtionem die obſeruauit, hincque effectum hunc ana-

logiae,

logiae, quam opio cum vino adſcribunt, contrarium eſſe arbitratus eſt. Opium praeterea maniaco exhibitum, furorem inſigniter adauxiſſe, contra vero vinum quietem ei conciliaſſe, annotauit. His et ſimilibus obſeruationibus Cl. Auctor demonſtrat, quod opium partim inter anodyna partim inter irritantia et conuulſiones vere excitantia referri poſſit, quodque igitur in opio viroſum quoddam lateat principium, ad cuius correctionem ea, quae hanc ob cauſam inſtituit, experimenta communicare promiſit.

In menſe *Februario* 1756. reperitur:

1) *Obſeruatio de hydrocephalo.* Auctore Cl. CASTET. Quatuor huius morbi enumerant ſpecies. Prima eſt, ſi aqua inter cutem et pericranium colligitur; ſecunda, ſi inter pericranium et ipſum cranium aquoſus haeret humor, atque binae hae ſpecies hydrocephalum externum conſtituunt. Si vero aqua inter cranium et cerebri membranas deprehenditur, vel inter membranas has et cerebrum ipſum aqua ſi reperitur, hydrocephalus internus nuncupatur. De ultima huius morbi ſpecie, ſi nimirum aqua inter cerebrum et membranas eius haeret, obſeruationem Cl. Auctor exhibuit, atque, quicquid ad definiendam deſcribendamque huius morbi ſpeciem pertineat, accurate ſatis annotatum eſſe, perſpeximus. p. 83.

2) *Hydropem aſciten cum grauiditate coniunctum* obſeruauit et curauit Cl. GARNIER. Paracenteſin enim inſtituit, hacque feliciter peracta et triginta ſex horis ab operatione elapſis foemina mortuos gemellos edidit. p. 106.

3) *Obſeruatio de paſſione iliaca, quae foeminam quandam durante grauiditate afflixit, quaeque ad omnia remedia conſueta rebellis perſtitit.* Auctore Cl HAZON. Ceſſauit vero iſtud malum, poſtquam in balneum domeſticum foeminam ducendam curauit. p. 110.

p. 113. 4) *Symptomata moleſta ab hyoſcyamo cum lactuca aſſumto orta obſeruauit* Cl. NAVIER. Cibo nimirum aſſumto homo quidam paulo poſt caput viſumque perturbatum, brachiorum crurumue ſtupiditatem, atque tantam debilitatem ſenſit, ut tenere ſe minime potuerit, ſed mortuus fere in terram cadere coactus fuerit. Remediis non nullis aſſumtis, uſurpatisque vomitoriis ad ſe quidem rediit, ſed diu poſthac membrorum laſſitudinem, ſtuporem, debilitatem continuam oculosque inflammatos retinuit. Hac occaſione notam ſubiunxit Cl. VANDERMONDE, qua oſtendit, acetum in compeſcendo hyoſcyami, belladonnae aliarumque plantarum narcoticarum effectu ſtupefaciente vel et interdum lethali multum valere, eoque plantas has ita ſaepe mutari, ut earum vis non ultra nociua, ſed anodyna tantum remaneat.

p. 124. 5) *Litterae*, quas *ad Editorem huius diarii* dedit Cl. DAVIEL, varias continent res, quae ad depoſitionem cataractae pertinent.

p. 129. 6) *Epitome relationis plurium ſectionum, quas in cadaueribus inſtituit* Cl. ROCHARD.

p. 132. 7) *Obſeruatio de veſicula in cerebro reperta.* Auctore Cl. GONTARD.

p. 137. 8) *Obſeruationem* praecedenti fere ſimilem ſubnexit Cl. VANDERMONDE. In homine enim violentis conuulſionibus afflicto, et mortuo dein ad cerebellum glandulas ſcirrhoſas et vaſcula obſtructa reperit.

p. 139. 9) *Obſeruationes de aqua minerali* Cl. CALLIGIRY, *deque modo ex iis extrahendi coeruleum, vulgo coeruleum Berolinenſe* dictum communicauit Cl. CADET. Coeruleum Berolinenſe, ſecundum Cl. Auctoris ſententiam, nihil aliud eſt, quam ferrum valde ſubtiliſatum, quod ope alcali fixi cum phlogiſto animalium parte coniuncti in puluerem praecipitatur plus minus coeruleum, prout nimirum portio terrae aluminoſae, ad hunc laborem ſimul adhibitae, ſe habet.

habet. Cum igitur aquis iſtis mineralibus ſimilia principia, vitriolicum nimirum martiale et ſeleniticum ineſſe, arbitratus ſit, ſequens ea propter inſtituit experimentum: Soluit alumen contuſum in aqua bulliente, hanc ſolutionem cum aquae mineralis portione commiſcuit, ſtatimque per filtrum traiecit, poſtmodum alcali ſulphuratum, hoc eſt, alcali cum ſanguine bouino exſiccato mixtum et praeparatum adfudit, cui, ut alcali magis ſulphuratum euaderet, aliquam bouini ſanguinis portionem inſuper addidit. Quo facto ſedimentum pulchre coeruleum obtinuit.

10) *Morbillos epidemicos anno* 1754 *et* 1755 *Pra-* p. 151.
gae obſeruatos deſcripſit Cl. MAYERSBACK.

11) *Epitome theſeos, de inſitione variolarum, quam* p. 153.
in ſcholis medicorum Pariſienſium defendit Cl. MORISOT DES LANDES. Praeſide Cl. MILLIN. Ad dirimendam nimirum quaeſtionem, *utrum incolis Lutetiae Pariſiorum variolarum inſitio conueniat*, vitae ea propter genus Pariſienſium diſquiſiuit, atque deinde oſtendit, variolas ſponte erumpentes magis adultos quam infantes inuadere, easque in illis ut plurimum confluentes et periculoſas obſeruari. Poſthac exponit, variolas ſpontaneas in hominibus venereis pariterque in grauidis mali ſemper moris eſſe, imo in his perſaepe lethales. His igitur aliisque multis accurate expoſitis tandem declarat, inſitionem variolarum nequaquam eſſe abſurdam, et ob rationes praegnantes omnino Lutetiae Pariſiorum inſtituendam.

In menſe *Martio* 1756. deprehenditur:

1) *Epiſtola altera* Cl. BIANCHI ad Cl. BASSANI p. 163.
de ſenſibilitate et irritabilitate partium hominis et animalium. Poſtquam de eodem argumento priores litteras iam exarauerat Cl. BIANCHI, ad manus demum peruenit Ill. HALLERI diſputatio, qua partibus quibusdam nullam prorſus eſſe ſenſibilitatem, de-

monſtrat. Contra hanc in praeſenti iam diſputat Cl. BIANCHI, et argumenta profert, quibus omnium partium, excepta epidermide, ſenſibilitatem defendit. En! argumenta, quibus Cl. Auctor utitur. Cum omnes uno ore affirment, quod nerui unice pro ſenſationis inſtrumentis haberi debeant, atque ſecundum Cl. BIANCHI aſſertionem nullum in ulla parte punctum inueniatur, in quo nec ullus deprehendi poſſit neruus, omnes proinde partes ſenſibiles dicendas eſſe concludit. Aſt totum corpus ex meris neruis compoſitum eſſe, ex eo deducit, quod medulla ſpinalis, ſecundum obſeruationes cum ouo incubato inſtitutas, omnium prima ſit, quae conſpici poſſit, quodque dein reliquae partes huic ſenſim paulatimque apponantur, ſeu ex eadem producantur, atque ideo ceu verae medullae propagines conſiderandae veniant. Alterum argumentum, quo ad demonſtandam corporis compagem neruoſam utitur, in eo conſiſtit, quod, ſi neruus ad partem aliquam tendens ligetur, nutritionis defectus in ea oriatur, iſta contabeſcat et pereat. Cum denique corpus utcunque vaſculoſum ſit, omnibus autem vaſculis neruoſa concedatur membrana, corpus proinde totum neruoſum eſſe, concludit. Cuncta haec variis, in praxi medica obuenientibus, phaenomenis illuſtrat, probabilia ſatis et firma reddit, ita, ut cum omnibus etiam, quae contra Ill. HALLERVM diſputata hic ſunt, ſumma omnino iuncta ſit modeſtia.

p. 176. 2) *Obſeruatio de hemeralopia.* Auctore Cl. FOVRNIER. Vitioſum hunc viſus ſtatum in plus quam ſexaginta militibus videre contigit Cl. Auctori. Oculorum igitur partes exteriores examinans, hasque in optimo ſtatu conſtitutas reperiens ſtatim coniecit, malum reſidere in retina. Quo circa vomitoria iis exhibuit, atque pone aures veſicatoria applicuit. Remedia ſperatum reddiderunt euentum. Breui enim tempore elapſo aegrotantes melius diſcernere potuerunt

erunt obiecta, atque uſurpatis et continuatis iis remediis priſtinam plane recuperarunt viſus integritatem. A perſpiratione capitis ſuppreſſa hincque oriunda humorum ſpiſſitudine ortum id eſſe malum oſtendit. Factum enim fuit, ut miles quidam, altera vice hoc malo afflictus, ad Cl. Auctorem venerit, atque rogatus reſponderit, ſe hebetiorem ſtatim acquiſiuiſſe viſum, ſimul ac caput, ſudore perfuſum, aurae valde frigidiori incautus expoſuerit.

3) *Epitome diarii experimentorum, quae ad com probandos mercurii ſingularis, Facultati medicae Pariſienſi exhibiti, effectus in pluribus venereis inſtituta ſunt.* p. 182. Referunt de hocce remedio, quod eandem quam mercurio communiter uſurpato adſcribunt, utilitatem praeſtet, contra vero ab omnibus iſtis incommodis, quae ab iſto obſeruantur, liberum prorſus inueniatur. At vero, cum hocce arcanum non deſcriptum et reuelatum proſtet, his igitur quae diximus, ſuperſedere cogimur, hoc tantum monentes, iſtud remedium unguentum fuiſſe mercuriale, quod ope frictionis membris venereorum applicarunt.

4) *Nouae obſeruationes anatomicae de via mediaſtini ſecundum longitudinem faciei interioris ſterni.* Auctore Cl. MARTIN. p. 197.

5) *Litterae*, quas Cl. RECOLIN ad *Editorem huius diarii* dedit, ad obſeruationem a Cl. DESPVECH menſ. Nouembri 1755. huius diarii inſertam ſpectant, atque oſtendunt, haemorrhagiam arteriae laeſae non ab agarico applicato, ſed a compreſſione ſimul adhibita ſublatam fuiſſe. Declarant praeterea, quod magnum omnino ſubſit periculum, ſi, ut a Cl. DESPVECH factum fuiſſe dicitur, octo diebus elapſis omnis in tali caſu remoueatur apparatus, nec ulterius laeſae arteriae habeatur cura. Aneuriſma enim, ſi apparatus ad triginta vel et quadraginta dies relinquatur, impediri, omni autem apparatu poſt paucos dies ſtatim remoto, oriri omnino poſſe, ortumque p. 204.

ob hanc cauſam per ſaepe iam fuiſſe, Cl. Auctor experientia edoctus affirmat.

p. 208. 6) *Obſeruatio de Abſceſſu in perinaeo.* Auctore Cl. BONTE.

p. 216. 7) *Deſcriptio Angli cuiusdam, ſingularis ſpeciei, quem vulgo nominarunt The Porcupine man, ſeu Hiſtricem.* Auctore Cl. ASCANIO. Homo, qui hic deſcribitur, absque ulla deformitate, et ſine ullo vitio ſanus editus fuit: Quinque autem vel ſex ſeptimanis a partu elapſis in toto corpore multas atque paruas animaduerterunt excreſcentias, quae ſenſim ſenſimque excreſcentes veras ſetas corneae duritiei exhibuerunt. Longitudo earum ſex, craſſities vero duas aut tres lineas conſtituit. Totum corpus, excepto capite palma manus et planta pedis, undiquaque ſetis obſitum fuit, quae colore liuido praeditae et lumini expoſitae pellucidae apparuerunt, omni autumno decidentes iterumque renaſcentes. His licet obſtantibus foeminam tamen duxit, et ſex liberos, itidem cute ſetoſa praeditos, procreauit.

p. 222. 8) *Litterae*, quas Cl. MARTEAV ad Cl. RAVLLIN exarauit, *de angina gangraenoſa et epidemica* agunt. Has ſequitur

p. 231. *Reſponſio* Cl. RAVLLIN ad Cl. MARTEAV.

In *menſe Aprili* 1756. reperitur:

p. 243. 1) *Continuatio epitomes diarii experimentorum, quae praeſentibus Commiſſariis, a Facultate Pariſienſi conſtitutis, cum mercurio illo ſingulari facta ſunt.*

p. 253. 2) *Obſeruatio de ſuppreſſione diuturna urinae et excretionis aluinae in virgine, malo hyſterico affecta.* Auctore Cl. POMME, *filio.* Inter alia mala, quae foeminam hanc excruciarunt, notanda in primis venit urinae ſuppreſſio, quae per aliquot menſes durauit, ita, ut ne gutta quidem per tantum tempus exire potuerit. Veſica igitur ſollicite examinata nec ullam in ea repererunt guttulam. Balneo tandem aquae

aquae frigidae per decem horas quotidie uſurpato urinam demum emittere valuit, atque reſtituta iterum fuit.

3) *Alui adſtrictionem, duos annos durantem obſer-* p. 257.
uauit Cl. DEVILLIERS. Notandum hic eſt, quod iſte aegrotans, durante obſtructione quotidie vomitum expertus ſit.

4) *Litteras, de rabie hancque curandi methodo* ad p. 258
Cl. MOLINARD dedit Cl. DARLVE. Ex his videmus, unguentum mercuriale vulneribus ab animali rabido inflictis affrictum et turpethum minerale interne ſumtum multum in triſti hoc morbo laudari. Multis enim exemplis praeſtantiſſimos mercurii effectus probare ſtudet Cl. Auctor, et quamuis unum exemplum adduxerit, ubi mercurius exhibitus nihil praeſtitiſſe videtur, nihilo tamen minus de bonis mercurii effectibus Cl. Auctor omnino perſuaſus eſt. Mercurium enim ibi non rite applicatum eſſe putat, qua propter eum, ſi aliquid praeſtare deberet, diu et absque interrupta ſerie uſurpandum imo et ſaliuationem eo interdum excitandam perque aliquot tempus continuandam eſſe, praecipit.

5) *Obſeruationes anatomicas tres* inſeruit Cl. TAR- p. 281.
GIONI TOZZETTI. In tribus diuerſis cadaueribus: 1. epiglottidem deficientem; 2. veſiculae fellis abſentiam; 3. tandem ductum pancreaticum duplicem animaduertit.

6) *Obſeruatio de vulnere quodam capitis.* Auctore p. 284.
Cl. BEAVREGARD.

7) *Obſeruatio de fractura cum deſtructione.* Au- p. 288.
ctore Cl. TRECOVRT.

8) *Deſcriptio Mumiae vetuſtae omnium partium in* p. 290.
tegritate conſeruata, haud pridem Claromontii in Aluernia detectae. Auctore Cl. STROPE. Inter alia, quae de corporibus humanis conditis, id eſt, ſic dictis Mumiis, referunt, quaeque et hic ſollicite annotarunt, notatu valde dignum fuit, quod omnes fere partes

eandem

eandem mollitiem habuerint, quae recens defuncti propria esse solet. Color cutis idem fere fuit, ac in mortuis obseruatur, atque disquisitis partibus non nullis internis, maximam partem molles istas repererunt, ita, ut haec mumia respectu mollitiei ab aliis differat et notari hinc mereatur. Ex characteribus inuolucro externe impressis colligerunt, ante quingentos forte annos corpus hoc conditum fuisse, atque ad ipsum corpus quod attinet, istud hominem tredecim vel quatuordecim annorum iudicarunt. Corpus hoc et adhuc in nosodochio de Riom dicto asseruatur et ostenditur. Sequitur

p. 299. 9) *Breuis corporum condiendorum historia.* Auctore Cl. ROVELLE. Varium nimirum condiendi modum ex veteribus et HERODOTO in primis collegit Cl. Auctor, huiusque artis breuem hic fecit mentionem.

p. 304. 10) *Obseruationes de correctore opii communicant* Cl. GARNIER. Hunc correctorem in castoreo se reperisse putat Cl. Auctor, istud enim aequaliter cum opio mixtum praestantissimos edidisse effectus, atque iis adeo, qui opio, absque incommodo relicto uti non potuerunt, optime conueniisse, perhibet.

p. 309. 11) *Obseruationem de effectu succi papaueris occasione punctura, ab ape factae*, addidit Cl. DELAISTRE. Infantis nimirum digito, statim ac ab ape punctus fuit, succum lacteum papaueris albi hortensis applicuit et obseruauit, dolores non solum confestim cessasse, sed nullum etiam incommodum secutum fuisse.

p. 311. 12) *Speciem quandam febris putridae epidemicae Carrouge in Normannia obseruatae* descripsit Cl. GERARD.

p. 316. 13) *Epitome theseos, quam in scholis medicorum defendit* Cl. DANIE DESPATVREAVX. Praeside Cl. MISSA. Quaestionem nimirum *utrum mercurio camphorato in curanda lue venerea utendum?* affirmando resoluit

reſoluit, et mercurium hunc venereos absque omni ſaliuatione, quam in curandis eiusmodi hominibus ceu noxiam reiicit, curaſſe affirmat.

In menſe *Maio* 1756. occurrit:

1) *Epitome diarii experimentorum, quae in ſex foeminis venereis ad effectus mercurii, facultati medicae Pariſienſi exhibiti, denuo probandos inſtituta ſunt* a Cll. QVERENET et MAVFLATRE. p. 323.

2) *Litteras de furore uterino cum abſtinentia periodica coniuncto ad Editorem huius diarii* dedit Cl. DEVILLIERS. p. 337.

3) *Obſeruationem de noua quadam vermium per alium egreſſorum ſpecie* Cl. BVREAV communicauit Cl. GEOFFROY. Vermes, quorum mentio hic facta eſt, interdum ſolitarii interdum in unum glomerem collecti egreſſi ſunt. Hi, coaceruatim exeuntes, figuram inuolucri caſtaneae iunioris repraeſentarunt, innumeros aculeos paruos oſtendentes. Quilibet autem per ſe conſideratus granum tritici, reſpectu magnitudinis aequauit, cuius finis, ceu cauda, filum quinque vel ſex linearum, tenui aciculae ſimile, exhibuit. In dorſo ſulcum paruis aſperisque pilis obſitum, in inferiori autem parte pinnam quaſi, in qua canales diſtincte apparuerunt, Cl. Auctor animaduertit. Tandem taeniam quoque quatuor pedum longitudine, cumque ea tres vermium deſcriptorum globos ſimul exiiſſe, perhibet. Aegra, quae hos vermes ope remediorum anthelminticorum excreuit, multis moleſtisque ſymptomatibus cruciata fuit, quae autem, vermibus omnibus expulſis, demum ceſſarunt. Remedia, quae hunc in finem exhibuit, fuerunt mercurialia, rhabarbarum, filix mas et foemina atque helleborus niger. Vtilitatem igitur eorum in expellendis vermibus ſatis ſuperque expertus reliquis cunctis anteponit et commendat. p. 341.

4) De

p. 353. 4) *De venenata infectione ab arſenico inducta et ope eruptionis miliaris curata obſeruationem* communicauit Cl. GVILBERT. Diris admodum ſymptomatibus motibusque conuuſiuis, ab arſenico excitatis, eruptionem demum miliarem ſuperueniſſe, Cl. Auctor perhibet, atque cunctis accurate annotatis ſequentes appoſuit Quaeſtiones: *Nonne in febribus malignis miliaribus eadem phaenomena, quae hic deſcripta, maximam partem et ibi obſeruantur? Eſtne eruptio illa, quae aegrotanti vitam ſeruauit, criſis, quae iſtam febrium ſpeciem terminat? Eſſetne aliqua analogia inter ſubſtantiam arſenicalem et cauſam, morbum hunc funeſtum, producentem?*

p. 356. 5) *Epiſtola*, quam *ad Editorem huius diarii* dedit Cl. LAVIENNE, foeminae meminit, quae violentis conuulſionibus, contra remedia omnia rebellibus, per non nullos annos laborauit, et tandem ſuccubuit. Cranio poſt mortem aperto duodecim productiones oſſeas ſemi pollicem longas valde acutas, piam matrem perforantes, cerebrumqne quodammodo premente repererunt.

p. 359. 6) *Obſeruatio de infante quodam cum omnibus partibus extra infimum ventrem propendentibus nato.* Auctore Cl. MELLET. Praeter hepar ingens nihil in cauitate abdominis locatum fuit. Omnia autem, quae in cauitate peluis eſſe ſolent, et hic naturaliter reperta fuerunt.

p. 363. 7) *Obſeruatio de lapide, qui poſt mortem in veſica hominis, ante viginti annos remedio ſaponaceo uſi, repertus fuit.* Auctore Cl. HAZON. Homo ante viginti annos calculo laborat, hincque per tres menſes omni die viginti quatuor uncias remedii ſaponacei ſumit. Tempore hoc elapſo omnia ſymptomata, calculoſis ſolemnia, ceſſant, ipſeque calculus euaneſcere videtur. Ab eo tempore nunquam iterum de calculo conqueſtus viginti annos ſanus vixit, et maraſmo tandem ſenili obiit. Veſica poſt mortem diſ-

quiſita

quiſita lapidem quendam fortiter veſicae adhaerentem et ita implicatum repererunt, ut non niſi aliqua adhibita vi auelli potuerit. In cauſam igitur, cur remedio, ante viginti annos uſurpato, omnis a calculo excitata moleſtia ceſſarit, inquirens Cl. Auctor aſſerit, alium adfuiſſe calculum, libere in veſica fluctuantem et a remedio iſto ſolutum, eum vero, quem poſt mortem reperit, ita durum fuiſſe, ut a remedio iſto ſolui non potuerit. Pro diuerſa enim calculorum compage remedium iſtud vim ſuam exercere vel et nihil valere Cl. Auctor affirmat.

8) *Obſeruatio de abſceſſu cruris cum fractura et carie, totam fere tibiam occupante.* Auctore Cl. BRILLOVET. p. 366.

9) *Obſeruatio de duſenteria habituali ictu gladii curata.* Auctore quondam Cl. VANDERMONDE. p. 369.

10) *Obſeruationem praecedenti ſimilem* inſeruit Cl. BRAT. In utroque caſu febris et ſuppuratio larga excitata fuit, ita, ut vulnere ſanato dyſenteria etiam ſanata fuerit. p. 370.

11) *Obſeruatio de tumore carcinomatico permagno, cuius extirpationem ſuſcepit* Cl. CIVADIER. p. 374.

12) *Litteras de aqua minerali nuperrime Paſſy in domo Cl.* CALSABIGI *detecta ad Editorem huius diarii* exarauit *Anonymus.* p. 377.

13) *Nouam analyſin aquarum, de Forges dictarum,* communicauit Cl. MARTEAV. Quod de aquis iſtis mineralibus hic legitur, epitomen opuſculi, de iisdem exarati et a nobis iam recenſiti * ſiſtit. p. 379.

14) *Deſcriptionem febris miliaris epidemicae* in tractu Bourbonnenſis oppidulo Cuſſet obſeruatae addidit Cl. DEBREST. p. 393.

In *menſe Iunio* 1756. deprehenditur:

1) *Continuatio et finis experimentorum cum mercurio* Cll. QVERENET et MAVFLATRE, *praeſentibus* p. 403.

* vid. Comment. noſtr. Vol. VI. P. I. p. 30.

bus commiſſariis Facultatis Medicae Pariſienſis publice inſtitutorum.

p. 412. 2) *Litteras de curatione morſus a viperis facti* ad Cl. BERNARD DE IVSSIEV dedit Cl. MARTIN, Alcali nimirum volatile adhibuit, atque uſum eius in morſu viperis extollens duobus exemplis confirmauit.

p. 417. 3) *Noua experimenta de irritabilitate et ſenſibilitate partium ab Ill.* HALLERO *inſtituta.* Cum tentamina haec iam ante aliquot annos Commentariis Societatis Regiae ſcientiarum Gottingenſis inſerta habeantur, atque earum rerum, quae in laudatis commentariis continentur, mentionem fecerimus *, illa tantum indicaſſe hic ſufficit.

p. 449. 4) *De fiſtula lacrymali eiusque curatione diſſertatio, in qua noua curandi methodus proponitur* a Cl. TILLOLOY. Vario fiſtulae lacrymalis ſtatu deſcripto Cl. Auctor declarat, quaenam ſit ſuſcipienda curandi methodus. Ob hanc igitur cauſam in cauum fiſtulae fruſtum ſpongiae praeparatae ad dilatandum intromitti iubet, hocque cauo ſatis dilatato canalem naſalem, ope ſpecilli globuloſi aperiendum, poſtmodum autem cereum proportionatum ad naſum uſque immittendum, calloſitatem autem lapide infernali auferendam eſſe praecipit. Laudat hanc tractandi methodum in fiſtula ſimplici, hancque reliquis cunctis anteponit. In fiſtula complicata autem, ita nimirum fiſtulam cum carie coniunctam appellat, curiei rationem prius habendam, poſthac vero eundem iſtum modum adhibendum eſſe arbitratur.

p. 457. 5) *Obſeruatio de tumore quodam cyſtico carcinomatico facto, et ope cauſtici mitiſſimi ſanato.* Auctore Cl. BRILLOVET. Cauſticum hoc ex ſequentibus paratur: Funditur nimirum alcali cum auripigmento, poſtmodum aqua ſoluitur, ſolutio filtratur, puluisque in filtro remanens ſiccatur et ad uſum reconditur.

6) *Ob-*

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. IV. p. 695. ſeqq.

6) *Obſeruationes chemicas de liquore quodam, Eau de Luce, dicto* communicauit Cl. MACHY. Hic liquor, per aliquot annos Pariſiis iam cognitus et pro arcano huc uſque habitus, ad ſales volatiles oleoſos pertinet. Qui enim ſub examen iſtum vocarunt, perhibent, eum ſalis alcalini volatilis odorem, cui bituminoſus quidam et ſuccini oleo ſimilis odor ſubſit, exſpirare. De hisce igitur liquoris iſtius partibus ceu conſtitutiuis Cl. Auctor perſuaſus oleum ea propter ſuccini ſpiritu vini ſoluit, cumque eo ſalem dein ammoniacum volatilem praeparauit; quo facto, verum iſtum liquorem, *Eau de Luce*, dictum ſeſe obtinuiſſe refert. p. 460.

7) *Continuatio hiſtoriae febris miliaris epidemicae* in tractus Bourbonenſis oppidulo *Cuſſet* obſeruatae. Auctore Cl. DEBREST. p. 468.

III.

S. A. D. TISSOT, Medicin. Doctoris Diſſertatio de febribus biliosis ſeu hiſtoria epidemiae bilioſae Lauſannenſis An. MDCCLV. Accedit tentamen de morbis ex manuſtupratione. Lauſannae. Sumptib. Marci - Mic. Bouſquet et Soc. 1758. 8. pl. 18.

In deſcribendo morbo, Lauſannae anno 1755 obſeruato, Cl. Auctor occupatus primo huius non ſolum, verum et praecedentis anni conſtitutionem commemorat, dein morbi phaenomena et cauſas recenſet, his curationem victumque aegri adiungit, porro de morbi reliquiis mentionem facit, tum de remediis chirurgicis et medicis pariterque praeſeruatione agit, hisque omnibus tandem non nulla conſectaria adnectit. In altero tractatu, quem de morbis ex manuſtupratione conſcripſit hicque adiunxit, primo ſymptomata enarrat, deinceps aetiologiam adponit,

ponit, porro de pollutione nocturna agit, poſtea gonorrhoeae ſimplicis mentionem facit, poſtremo
p. 1. monenda quaedam addit. Quod ad aeris conditionem, priori tractatu recenſitam, attinet, feruidam anno 1754 aeſtatem, ſubſecutumque autumnum calidum, hiemisque initium valde pluuioſum et tepidum, poſt haec autem, accedente Ianuario, rigidum frigus, per quatuordecim dies ſaeuiens, tunc quidem remittens, aſt ultra medium Februarii durans, tum vero Martio menſe tempeſtatem pluuioſam, Aprili aerem feruentem, Majo frigus iterum, per totum fere menſem durans, magnumque tandem Iunio et Iulio menſe Cl. Auctor adnotauit calorem.

p. 4. Obſeruationibus his praemiſſis ipſe nunc morbus atque eius ſymptomata recenſentur, inter quae primaria, laſſitudinem, debilitatem, cibi faſtidium, frigoris moleſtam continuamque ſenſationem, ſomnolentiam ſine ſomno, circa veſperam horrorem cum ſubſequente calore non quidem vehementi aſt moleſto, capitis dolorem, pulſum celerem et debilem, atque ſub initium morbi aluum adſtrictam, ſub finem autem paulo laxiorem in mitiori morbi gradu fuiſſe legimus. In grauiori autem omnia haec acerbiora et in primis calorem intenſiorem, pulſum celeriorem, acutiſſimosque capitis dolores, ſomnumque nullum aut turbulentum, aegros non reficientem, Noſter obſeruauit, Idemque ſudores, morbo vigente, nec non diarrhoeam initio morbi accedentem ſemper fere nocuiſſe, atque ipſam febrem, in mitiori morbo remittentem, in grauiori ad integram apyrexiam non peruenisſe, et, tertianae fere typum ſeruantem, alternis ſemper diebus acerbiorem apparuiſſe, adnotauit.

p. 14. Cauſam huius morbi putridum bilioſumque fuiſſe humorem, viſcera chylopoietica, duodenum et hepar in primis occupantem, temporisque progreſſu aut mala medicatione omnem humorum maſſam in-

quinan-

quinantem Cl. Auctor ſtatuit, atque putredinoſum hunc humorum ſtatum in calida ſaepiusque dein mutata aeris temperie, nec non copioſiori, ob olerum penuriam, victus hinc animalis aſſumtione quaerendum eſſe arbitratur.

Ad curationem quod ſpectat, morbum hunc, ſa- p. 25.
libus digeſtiuis, remediis antiputredinoſis herbisque ſaponaceis prius tractatum, tunc demum euacuantibus optime obediiſſe animaduertimus. Cum enim iſte morbus ex talium morborum genere fuit, quorum fomes unico euacuante expelli nequit, ſed ubi requiritur, ut materia mobilis prius et fluida reddatur, neceſſarium ea propter viſum fuit, et hunc morbum tali medendi methodo tractare. Acceſſit etiam hoc, quod, licet fomes mali circa praecordia et viſcera chylopoietica haeſerit, maſſa tamen humorum putrida labe etiam infecta fuerit, ita, ut materia, circa hepar et inteſtina ſtabulante, euacuata aegri quidem paululum leuati ſed non curati fuerint, inde neceſſarium fuit, ut ſtatu humorum putredinoſo prius correcto euacuantia demum adiungerentur. Inter haec non ſolum emetica ſed ea in primis, quae ſurſum et deorſum materiam expellunt, laudat, atque inter ea tartarum emeticum, aqua copioſa et ſyrupo quodam dilutum vicibusque partitis aſſumtum, reliquis cunctis palmam praeripuiſſe, perhibet. Ipe- p. 36.
cacuanham non laudat; tales enim effectus eam non praeſtitiſſe, imo aluum adſtrictam reliquiſſe, nihilque ideo aut nec tantum valuiſſe, notat. Aſt in his p. 38.
ſolis non acquieſcens, digeſtiua continuauit, diebusque aliquot elapſis euacuantia ex ſalibus, manna, tamarindis et interdum ſennae foliis propinauit, idque ter quaterue repetiit. Praeter haec ſapones ve- p. 48.
getabiles, aceſcentes, et quibus grauior morbi gradus fuit, acida mineralia dulcificata adhibuit, opti- p. 59.
mique uſus iſtos fuiſſe, annotauit. At enim vero, p. 60.
cum in non nullis quoque aegrotantibus pertinax

quoque acceſſerit delirium, veſicatoria hinc applicanda curauit Noſter, de quibus autem dicit, delirium non ſolum manſiſſe, verum et morbum in peius mutatum fuiſſe; laudat contra ſinapiſmos, atque delirium, iſtis applicatis, pauco tempore elapſo immi-
nutum poſt tres aut quatuor dies tandem ceſſaſſe, morbum autem ipſum multo mitiorem factum fuiſſe, obſeruauit.

p. 73. De diaeta aegrotantium Noſter etiam ſollicitus, aerem in conclaui ſaepe renouandum curauit, atque aegris ipſis tenuem tantum diaetam, ex auenae ex corticatae decocto tenui ſaccharique pauxillo conſtantem imperauit, iisdemque pro potu ordinario ptiſanas frigidas, non calidas, tales enim in putridis morbis maxime nocere monet, commendauit, et, ubi nec caloris exceſſus adfuit, vini etiam haustum conceſſit. Morbo autem ſuperato, nilque niſi debilitate remanente victum ex animalibus tenerioribus, ut vitulis, pullis gallinaceis cet. herbisque demulcentibus, ut radicibus ſiſari, tragopogoni cet. imperauit, vinum exhibuit motumque in aere campeſtri ſuadens curationem demum abſoluit.

p. 84. Febre ſuperata, curatione autem vel tarde ſuſcepta, aut male inſtituta vel et citius finita morboſae relictae fuerunt reliquiae, inter quas obſtructionem hepatis bilioſas prae reliquis annotauit Noſter, optime vegetabilium ſaponaceorum aceſcentium mellique uſu diuturno rẽferatas. Quae autem ex debilitate ſuperfuerunt mala, ut ſenſuum hebetudo, virium languor, ventriculi dolor, agrypnia cet. ea omnia tonicis lenioribus ut cortice peruuiano, martialibus, vinis generoſis et frictionibus ſuperauit, uſumque eorum per aliquot tempus continuando priſtinam aegrotantibus ſanitatem reſtituit.

p. 101.

p. 113. Ad palliatiuam curationem Noſter accedens, ſymptomatum, uno duntaxat caſu excepto, de reliquo nullam ſe habuiſſe rationem dicit. Ipſius enim morbi

morbi curatione rite inſtituta ſymptomatum curatione non opus eſſe, optime exponit. Quod autem ad caſum illum ſpectat, ubi ſymptomaticam curationem ſuſcipere coactus fuit, Cl. Auctor perhibet, aegrotantis cuiusdam moroſi potumque renuentis abdomen, ob aerem a bile putrida rarefactum, ita inflatum fuiſſe, ut, ob metum plurium ſubſequentium damnorum, iſtius rationem prius habere cogeretur. De frigidae igitur aquae uſu in compeſcendis flatibus ſiſtendaque putrefactione Noſter certiſſimus, lintea aqua frigida madefacta abdomini applicuit, frigidamque inſimul bibi iuſſit. Quo facto urgens hoc ſymptoma profligauit, ipſiusque dein morbi continuauit curationem.

Finito omni, quem de febre bilioſa communica- p. 121.
re neceſſarium duxit ſermone, rationem, cur non nullis, ad febres bilioſas alioquin laudatis remediis uſus plane non fuerit, nunc demum addit Noſter, atque primo declarat, quam ob rem venae ſectionem in tali morbo inutilem imo noxiam exiſtimauerit. Cum namque, eo opinante, fomes mali in canali alimentorum viſceribusque chylopoieticis haeſerit, isque ſuam hinc expulſionem, putredinis generatae correctionem viſcerumque deinde robur indicauerit, atque horum effectuum nec ullum praeſtare potuerit venae ſectio, eam ea propter omni iure intermiſit, imo celebrandam iſtam in eius modi morbis ceu noxiam reputauit. Probe enim monet, venae ſectionem nihil valere, imo potius nocere, ubi cauſa mali non a plethora nec a nimio vaſorum robore pendeat. Cum autem ad ſuperandos morbos putridos firmae requirantur vires, hasque venae ſectio deiiciat, cum porro venae ſectione inſtituta vaſa reddantur bibula, atque ſanguinis inde maſſa ob abſorptam putredinem magis inficiatur, cum denique ii, qui putridis corripiuntur morbis, ob lentam putridae materiei collectionem diu iam plethorici eſſe deſierint, venae ſectionem

ctionem inde adminiſtrandam bono cum ſucceſſu haud unquam eſſe, quiuis, haec dicta perpendens, concedet. At vero cuncta haec, quae ratione et veterum non ſolum, verum et recentiorum auctoritate aſſecutus eſt Noſter, ea inquam propria experientia atque exemplis, hunc in finem adductis, iam nunc illuſtrat, atque confirmat. Quibus enim vena ſecta fuit, ii vel periere, vel ſi euaſerunt, tantam debilitatem retinuerunt, ut per multum tempus vires colligere non potuerint. Haemorrhagias praeterea ſpontaneas nunquam in hoc morbo profuiſſe; eosque omnes, in quibus iſtas obſeruarunt, obiiſſe Noſter annotauit, indeque collegit, quod, cum ſanguinis fluxiones, a natura factae, nihil valuerint, etiam artificiales multo minus boni quid praeſtare potuerint. Aſt non in omnibus tamen morbis putridis venae ſectionem reiicit. Cum enim, ut quidam putant, putridi etiam deprehendantur morbi, quibuscum phlogiſtica ſimul coniuncta eſt diatheſis, iſtis ea propter venae ſectionem mederi poſſe ideoque inſtituendam eſſe concedit.

p. 157. Abſorbentia remedia, a non nullis in putrido morbo commendata, merito omiſit. Cum enim iſta acidum duntaxat corrigant, atque in putridis morbis haec potius conducant, illa proinde ceu inutilia imo tanquam noxia, acidum in morbis memoratis adhibitum deſtruentia, reiecit.

p. 160. Et ſudoriferis uſus non fuit, idque ob rationem, partim quia ſudores ſpontaneos noxios fuiſſe obſeruauit, partim quia iſtos excitando ſanguinis maſſam alterari hincque putredinem augeri arbitratus fuit, atque ob eandem fere rationem et diuretica omiſit.

p. 164. Cardiaca in initio morbi et ante euacuationem ſuſceptam, debilitate licet praeſente, non adhibuit. Euacuantia enim idem hoc, quod cardiaca ſtricte ſic dicta valent, et hic praeſtitiſſe annotauit, imo illa, ceu calida et ſtimulantia morbique cauſam augentia, conſide-

conſiderate omiſit, euacuantibus autem praemiſſis interdum quoque adhibuit, prae reliquis liquorem anodynum mineralem HOFFMANNI extollens.

Et quamuis capitis dolores pertinacesque vigiliae cum iſto morbo adfuerint, narcoticis tamen abſtinuit, ſciens omnino, iſtis uſurpatis euacuationes aluinas, ſumme hic neceſſarias, impediri, eaque ipſa nihil inſuper ad immutandam mali cauſam quid conferre poſſe, p. 167.

Ad praeſeruationem demum quod attinet, eo tempore, quando eius modi morbi regnant, alimenta in pauciori copia ingerenda, et talia, quae morbo non fauent, eligenda, aerem porro calidum vitandum, corpus mouendum, aluum laxam ſeruandam, omniaque animi pathemata vitanda ſuadet. Cuncta haec ratione et experientia ſuffulcit, regulasque dein eruit, quas ceu generales in omnibus eiusmodi morbis obſeruandas nec inutiles prorſus cenſemus. p. 170. p. 172.

Tractatus alter, quem de morbis ex manuſtupratione communicauit Cl. Auctor, multarum obſeruationum, et libri in primis, qui primum in Anglia ſub titulo Onaniae prodiit, epitomen ſiſtit. Quae ad theologiam ibi ſpectant, Noſter omiſit, quae autem medica ſunt, hic tranſtulit, in compendium redegit, proprias obſeruationes immiſcuit, publicique iuris nunc fecit.

Ad initium opuſculi mox de liquoris ſeminalis praeſtantia agitur atque oſtenditur, paruam eius profuſionem plus debilitare maioremque viribus inferre labem, quam quadraginta unciarum ſanguinis detractionem. p. 181.

Symptomata enarrans Noſter, plura mala, ſeminis profuſionem nimiam ſequentia, recenſet, quorum primaria adducimus, ſtatimque, crebram liquoris genitalis profuſionem nimiamque laſciuiam non ſolum ingentem corporis imbecillitatem ſequi, ſed et animum valde debilitari, notamus. Ita enim ingens p. 183.

perſaepe et plenaria virium proſtratio, omnium tam vitalium quam naturalium animaliumque actionum languor, ſenſuum viſusque in primis hebetudo, intellectus memoriaeque imbecillitas vel et huius defectus haud raro obſeruantur. Imo alii multo maiores poenas ſuſtinent et ſeminis profuſioni indulgentes corpore conuelluntur, epileptici fiunt, ad quemcunque motum ſemen inuoluntarie profundunt, ſomno carent, nullum ultra motum ſuſtinent, ad quaeque ſubeunda inepti fiunt, marceſcunt, facie deturpantur, liueſcunt viribusque prorſus deficientes miſere tandem pereunt.

p. 205. Sed quaenam ſtupendorum horum effectuum cauſa? certe, qui perpenderit, quam elaboratiſſimum ſubtiliſſimumue fluidum ſit liquor genitalis, neruco fere fluido ſimillimus, qualemque vim ad elaborandum iſtum natura impenderit, is ſane non mirabitur, cur huius nimium diſpendium tam horrenda tamque irreparabilia fere ſequantur damna. Quod ſi praeterea attente conſiderare quis velit, quod ii, qui quotidie absque coitu ſemen nimis proliciunt, uni ſemper cogitationi, venereae, inhaereant, ideoque animum non ſolum a ſeuerioribus negotiis abducant, verum et partes, generationi dicatas, eo diſponant, ut natura, omnes fere humores eo deriuare, quaſi aſſueſcat, reliquisque hinc partibus ſuccus ſubducatur nutritius, mirum ſane non eſt, cur in eiusmodi hominibus et animus et corpus tam mire deturpetur.

p. 227. His expoſitis ad curationem corporis, ita debilitati, reſpicit Noſter, atque ſua aliorumque experientia edoctus, difficulter iſtam ſuccedere, affirmat, de ea tamen non plene deſperans. Inter alia igitur, quae ad corpus tale roborandum nutriendumque commendantur, Noſter in primis corticem peruuianum et balnea frigida, aut ſi cortex, ob phlogoſes, vomicas non nullasque obſtructiones adhiberi nequeat, vel balnea iſta ſolum vel alio tempore et

aquas

aquas martiales, in primis ſpadanas laudat, deque his in primis aſſerit, quod ventriculum eo inſimul diſponant, ut lac, talibus corporibus ceu nutrimentum maxime commendandum, facilius feratur inque uſum conuertatur. Aſt, licet hoc reliquis cunctis anteponat Noſter, corpora tamen huic interdum aſſueſcere nullo modo poſſe ait, hincque lac ebutyratum illi ſubſtituit, carnesque inſimul aſſatas, non vero elixas, atque exactam de reliquo diaetam, in primis ſiccam, cum ſuperius laudatis remediis roborantibus coniunctam ſedulo commendat.

Pollutionum nocturnarum mentionem faciens Noſter, triplicem earum ſpeciem ſtatuit. Prima iuuenibus, ſucco plenis, vegetis, caſtis propria ex re dundantia ſeminis oritur, haecque, ſi rara, nulla medela indiget, ſin vero frequentius ſuccedens debilitatem atque inde pendentes morbos inducat, ſola tantum diaeta lautiori ſubducta, tollitur. Secunda in hypochondriacis, tum ſine materia, tum cum eadem dicendis obſeruatur. Priorum pollutionibus medentur tonica. Poſterioribus autem ſucci ſaponacei, lacque ebutyratum prius exhibendum, tunc aquae martiales concedendae atque obſtructionibus reſeratis, balneo tandem frigido utendum eſt. His enim optime mali hypochondriaci reliquias et pollutiones ſanari, Cl. Auctor arbitratur. Tertia denique ſpecies in iis, qui ſemen nimis prolicientes repente ab illicito hoc more abſtinent, obſeruatur, iisdemque, quae ſuperius dicta, curatur.

p. 247.

p. 252.

p. 257.

Ad inuoluntarium tandem ſeminis effluxum a nimia eiusdem allectatione remanentem caeteris cunctis anteponuntur balnea frigida, atque inter interna remedia laudatur cortex peruuianus, iniectiones autem adſtringentes ceu noxiae et inutiles prorſus interdicuntur.

Cunctis his ad finem perductis, nimia ergo ſeminis, ſola manu prolecti, profuſione plus quam ipſo

p. 260.

concubitu debilitari, peſſimas infirmitates induci, atque mentem ipſam infirmari inſigniterque corrumpi. Noſter tandem concludit.

IV.

Sur la formation du coeur dans le poulet; ſur l'oeil; ſur la ſtructure du jaune etc. Premier Memoire. Expoſé des Faits. Par Mr. DE HALLER Preſident de la Societé Royale des Sciences de Gottingue, Membre de l'Academie des Sciences de Paris, de celle de Chirurgie; de la Societé Roy. de Londres etc. à Lauſanne, chez Marc-Mich. Bouſquet et Comp. 1758. 12. pl. 20.

et

Sur la formation du coeur etc. Second Memoire. Precis des obſervations; ſuivi de Reflexions ſur le developement: avec un Memoire ſur pluſieurs Phenomenes de la Reſpiration. Ib. Eod. pl. 16½. tab. aen. 1.

i. e.

De formatione cordis in pullo; de oculo; de ſtructura vitelli etc. Commentarius Prior. Obſeruationum Indiculus. Auctore DE HALLER. etc.

et

De formatione cordis etc. Commentarius Poſterior. Summa obſeruationum; quas animadùerſiones de euolutione ſequuntur: una cum Commentario de pluribus reſpirationis phaenomenis etc.

Qui

Qui conſummatiſſimus in re anatomica a quouis habetur Ill. HALLERVS, quiue tam egregia tamque multiplici eruditorum laborum copia litterarium locupletauit orbem, is alios nunc indefeſſi exhibet laboris fructus. Cum enim iſtud, quo nunc fungitur, munus ab anatomicis Ill. Auctorem abducat, imo plane impediat, aliud ea propter obſeruationum genus ſibi elegit, quod ſolus et absque ullius adiumento inſtituere perficereque valet.

Oua nimirum, ut de formatione cordis certi quid determinari poſſit, incubantibus gallinis ſuppoſuit, atque, quicquid, reſpectu huius propoſiti occurrit, notauit, imo et alia, quae inter obſeruandum ei obuenerunt, ſimul collegit, literisque mandauit. Cum autem argumentum, ut ipſe fatetur Ill. Auctor, non nouum ſit, ſed multae et a priſcis iam temporibus obſeruationes eiusmodi proſtent, eos igitur, qui de hac re quidquam notarunt, auctores adducit, quidque praeſtiterint, enarrat. Inter omnes vero, quorum mentio hic facta eſt, MALPIGHIVM laudat, huncque ceu accuratiſſimum extollit. Atque, cum iſte primus fere ſit, qui de formatione cordis pulchras reliquit obſeruationes, eum igitur hac in re ſequutus Noſter, ipſe obſeruationes inſtituit, idque eum quidem in finem, ut problema illud, a MALPIGHIO de ſanguinis circulo in corde pulli propoſitum, enucleetur, clariusque euadat. Dixit namque laudatus MALPIGHIVS, ſanguinem in pullo ex ventriculo cordis dextro in ſiniſtrum per canalem ad modum breuem tranſire. At, cum pulmones, ut Noſter oſtendit, eundem ſitum, qui in quadrupedibus obſeruatur, et in auibus habeant, ſanguisque ex cordis ventriculo dextro in arteriam pulmonalem, ex hac in venam, tum ex ea per ſinum cordis ſiniſtrum in ventriculum tranſeat, Noſter ideo comprehendere non poteſt, quomodo MALPIGHII aſſertum cum rei veritate coniungi poſſit. Ad eruendam

dam igitur hanc veritatem oua incubata diſquiſiuit microſcopio tenellas partes ſubiecit, experimenta ſemel inſtituta multoties repetiit, et cuncta phaenomena, quae ei obuenerunt primo huic tomo mandauit. At vero, cum res ita comparatae ſint, ut ob arctum nexum in compendium commode a nobis redigi nequeant, hactenus dictis acquieſcere, nemo nobis malam in partem interpretabitur. Hoc unicum tantum adhuc notamus, obſeruationes non ſolum de corde, quod primarium fuit obiectum, ſed et alias inſimul de oculo et vitello hic comprehendi.

Ad alterum commentarium quod attinet, iſte ſummam eorum, quae experimenta crebro inſtituta ſaepiusque repetita inter ſe communia habent, ſiſtit, et corollaria inde deſumta exhibet. Cum autem tam multifariae in aureo iſto libello occurrant res, ut in recenſendis iſtis ob arctos nobis circumſcriptos limites Illuſtrem Auctorem ubique ſequi nequeamus, primaria duntaxat momenta adducere liceat. En! igitur, quae decerpere hinc inde placuit.

p. 4. Folliculus, qui ab aliis cicatricula dicitur et in vitello reperitur, opacus eſt et albus amniique membranae ſuppoſitus falſe pro iſta habetur et multo minus foetus rudimenta in ſe recludit.

p. 12. Aſt amnios membrana, folliculo ſuper impoſita, foetus primordia continet atque ita pellucida eſt, ut per eam totus tranſpareat folliculus, ab incautis inde pro dicta membrana habendus.

p. 18. Annuli, in vitello reperiundi, varie ſenſim colorati apparent, et celere incrementum ſumentes primo tantum incubationis tempore obſeruantur. Horis enim 85. elapſis euaneſcunt.

p. 22. Vaſcula, quae *figurae venoſae* nomine hic donantur, totum fere ouum occupant, vitellum et albumen firmant, et teſtas interius ita inueſtiunt, ut ceu membrana conſiderari poſſint. Circa medium incubationis tunica haec pulchre colorata et iniectione

ne quaſi repleta cernitur, circa finem vero pulpoſa et ſat craſſa ſub teſtarum membranis reperitur.

His enarratis ipſius foetus mutationes nunc de- p. 42.
ſcribuntur. Hora 12. elapſa primum iſte apparet. Praeter caput et caudam nihil tunc in conſpectum venit, nihilque pariter diſtincte cernitur. Dein ſenſim mutatum apparet caput et horis 70. elapſis prima alarum veſtigia deprehenduntur, atque in capite duae veſiculae pro cerebro, una pro roſtro, una pro fronte et una tandem pro occipite obſeruantur. Poſt dies quatuor hepar valde mucoſum apparet. Hora 120. cerebrum fluidum, cranium bullae tranſparentis inſtar atque integumenta, caro et oſſa, pectus formantia, tenui membranae, vix viſibili, ſimilia ſunt. Eodem tempore et inteſtini recti initium apparet. Hora 131. foetus primi motus ſpontanei obſeruantur. Hora 138. pulmones et ventriculus. Hora 142. inteſtina reliqua, renes roſtrumque ſuperius. Hora 168. cerebrum mucoſum. Hora 190 foetus roſtro aperto in liquore amnii et caro in pectore apparet. Hora 194. ſternum apparere incipit. Hora 210. latera nunc completa roſtrumque magis conſpicuum fit, cuius partis ſuperioris dimidium cartilagine durius eſt. Eadem hora veſicula fellea primum conſpicitur. Hora 236. foetus bile viridi nunc praeditus et membranis ſuis exemtus notabiliter ſe mouet. Hora 240. pennarum veſtigia, cranium cartilaginoſum et capſulae renales apparent. Hora 264. oculi admodum magni in conſpectum veniunt. Hora 288. coſtae pulmones utcunque obtegunt. Hora 331. lien ventriculo contiguus, pulmonesque ad pectus accedunt. Hora 355. Foetus ſaepe roſtrum aperit iterumque claudit. Hora 451. primus a foetu auditur ſonus. Hora 480. vocem iterum intra ouum edit foetus absque eo, ut rima in teſta conſpici poſſit. Quod ad incrementum foetus ſpectat, iſtud die primo admodum celere eſt, paulo tardius ſubſequente,

imo

imo quo plures ab incubatione dies effluunt, eo tardius, quoue pauciores eo celerius animaduerti potest incrementum.

p. 64. Cum cordis formatio, obſeruationes has inſtituendi, cauſam dederit, iſtius ea propter ampla hic traditur hiſtoria. Prima veſtigia cordis iam pulſantis, albi, pellucidi figuramque ſoleae ferreae repraeſentantis hora 48 in conſpectum veniunt.

p. 68. Vena caua primis horis non apparet; venae enim umbilicalis adhuc continuum eſt. Eodem tempore et una tantum auricula, venae umbilicalis venaeque cauae continuatio, exiſtit. Ad tertii diei finem amplius venae cauae caput interuallo albo ſeſe diſtinguit, unaque tantum auricula ſaccum format. Ad quarti diei finem vero in auricula duo ſemicirculi apparent, iſtoque finito illae a vena caua et canali auriculari ſeparantur. Tunc temporis auriculae ſaccum duobus quaſi cornubus conſpicuum formant, illarumque ſiniſtra amplior eſt dextra.

p. 74. Canalis, quem auricularem vocat Ill. Auctor, eſt portio quaedam cordis, quae ex ventriculo exiens auriculae inſeritur. Apparet iſte iam cum corde, primum viſo, et de die in diem imminuitur, imo diebus 16. elapſis non amplius animaduertitur.

p. 78. Ventriculus ad diem uſque quartum ſimplex tantum cernitur, eoque tempore, quo cor ceu ſemiculus apparet, iſte oualis, breuis, canali tamen auriculari paulo longior, albus, ſat craſſus et muſculoſus iam eſt, apicemque habet, qui quotidie acutior euadit. Tempore hoc durante non niſi una tantum ſanguinis gutta conſpicitur. Hora 144. ventriculus duplex apparet, atque alter quidem, qui tunc prodit, dexter eſt, duaeque ſanguinis guttae iam nunc deprehenduntur. Ventriculus ſiniſter, qui primo apparet, a MALPIGHIO pro dextro habetur, eo quod iſte pro ſiniſtro habuit, id bulbus aortae eſt. Hinc igitur iſtius viri error, dicentis, ſanguinem ex dextro

dextro ventriculo per breuem canalem tranſire in ſiniſtrum.

Aorta in prima foetus origine et ante formatio- p. 82.
nem auricularum iam in conſpectum venit, ex ventriculo, tunc temporis ſolitario, exiens magnamque circuli, a corde repraeſentati, partem conſtituens. Poſt horas 57. ea iam pulſat atque tunc et rami ſenſim ſenſimque egredientes notantur.

Ad mutationes cordis in genere quod attinet, ea- p. 93.
rum quatuor in primis animaduertuntur, atque prima quidem eſt, quando eor ſoleae ferreae figuram repraeſentat. Tunc enim canalis auricularis longiſſimus, ventriculus oualis et valde breuis, atque aorta admodum longa deprehenditur. Hanc mutationem alia, quae ſecuuda eſt, excipit. Horis nimirum 50. elapſis cor ſub forma laquei apparet, tuncque auriculae diſtinguuntur, ventriculus vero adhuc unus qualis et absque apice eſt, inque aorta ſinus et bulbus cernitur. Tertia mutatio, ad finem quarti diei deprehendenda, in appropinquatione partium ad cor conſiſtit, e. g. vena caua atque auriculae, paululum huc uſque a corde remotae, propius nunc ad cor acceſſiſſe videntur. Quarta demum mutatio ad cor penitus formatum ſpectat; die enim ſexto iſtud formam adulti iam habere oſtenditur.

Mutationum harum cauſa prima eſt attractio par- p. 98.
tium mutua. Vna enim firmior facta alteram attrahit, quae etiam firmior tunc euadit. Alteram cauſam ſiſtunt pulmones ſenſim ſe euoluentes. Quo magis enim hi explicantur, eo plus ſanguinis accipiunt; inde ventriculus dexter eiusdemque auricula euoluitur omnesque tunc partes magis formatae occurrunt. Rebus igitur ſic ſe habentibus cor ceu annulus primum apparens in laqueum mutatur, hocque mutato iſtud tandem completum cernitur.

Ad finem ſecundi diei cor ſeſe iam mouet, licet p. 105.
ne ulla quidem ſanguinis gutta tunc temporis animaduerti

aduerti poſſit. Horis autem 48. elapſis duae veſiculae pro ventriculo et aortae bulbo habendae pulſant et ſanguine iam colorato praeditae inueniuntur. Poſt horam 50. tres deprehenduntur veſiculae pulſantes, quarum prima auriculam, adhuc ſolitariam, ſecunda ventriculum, itidem tum temporis ſimplicem, et tertia tandem aortae bulbum conſtituit. Pulſationes earum ita ſe inuicem excipiunt: primo pulſat auricula, dein ventriculus tandemque bulbus aortae. Aſt duabus auriculis totidemque ventriculis formatis pulſationes ita ſe habent: primo ambae auriculae ſimul contrahuntur, atque dum in diaſtole hae ſunt, ventriculorum ſtatim ſequitur contractio.

p. 110. Poſt horam 138. pulmones primum in conſpectum veniunt. Cauſa, cur non prius adpareant, eorum eſt pelluciditas. Ita enim diaphani ſunt, ut etiam hora 144. elapſa vix diſtingui adhuc poſſint. Licet vero in prima origine, reſpectu aliarum partium, admodum parui adpareant, ſubitum tamen incrementum poſtea capientes, reliquis partibus, ratione molis, neutiquam cedunt. Atque, prout creſcunt, ita etiam colorantur et ſenſim ſenſimque rubelli, non autem rubri fiunt.

p. 123. Hepar ad finem quarti diei apparet, tunc que ſemi pellucidum, mucoſum et ſemi coagulatum eſt. Ad finem quinti pallido rubrum fit et ad finem ſexti formatum iam reperitur.

p. 125. Veſicula fellea die octauo deprehenditur, atque die decimo vel et duodecimo elapſo viridis eſt, et ab eo tempore de die in diem colorem profundiorem, ſaporem vero amarum die decimo quarto acquirit.

p. 127. Ventriculi valde teneri et albi prima delineatio hora 138. cernitur, decimo autem die craſſior idem apparet, imo undecimo iam muſculoſus eſt. Hora 236. in eo coagulum album, cum bile mixtum, ſimilisque materies ſed magis fluida in ingluuie reperitur.

ritur. Haec eodem modo, ut albumen, a ſpiritu vini et igne coagulatur.

Inteſtinum rectum cum reliquis ad finem quinti quidem, ſed non ſatis diſtincte reperitur, et ad finem ſeptimi primi inteſtinorum apparent gyri. p. 130.

Allantois ad finem tertii diei deprehenditur. Hujus incrementum ſubitum eſt. Ope pedunculi iſta cum uracho connectitur, inſimulque inteſtino recto adhaeret, et liquorem continet, qui primo tempore diaphanus et fluidus, ultimo autem mucoſus eſt. p. 133.

Vitellus tempore incubationis omni momento augetur, atque liquor, eo contentus, fluidior ſemper fit et virideſcens, ad finem vero incubatus in inteſtina pulli reconditur. Arteriae, quibus vitellus donatur, ab arteria pulli meſenterica proueniunt, venae autem cum trunco venae portarum prope hepar coniunguntur, inſimulque vaſa etiam deprehenduntur, quae cum vaſis albuminis communicant. Per haec, liquorem albuminis in vitelli ſaccum deriuari, miſceri, mixtumque ad pullum deuehi, Ill. Auctor aſſerit, idque ex eo probat, quia albumen de die in diem imminutum, pondus autem vitelli auctum, huncque ipſum fluidiorem ſemper obſeruauit. p. 138.

Oculus poſt duos dies primum apparet, et albus tunc nec coloratus eſt. Ad quarti diei finem niger color in choroidea obſeruatur. Ad dimidium incubationis uſque tempus oculus magnus eſt, ſubitumque eius ad ſeptimum uſque diem deprehenditur incrementum, dieque hoc elapſo retina et corona ciliaris conſpicitur. Licet autem illa, ſcilicet retina, lenti cryſtallinae accedere videatur, iſta tamen eo non peruenit, ſed alia inter hanc et retinam tenuis et criſpata reperitur membrana, quae lenti adhaeret, cumque retina connectitur. Die octauo membrana haec annularis, primum apparens, coronam ciliarem ſuſcipit. Falſum igitur eſt, ſi non nulli vel coronam ciliarem vitrei corporis membranae impoſi- p. 159.

tam, vel retinam ad lentem cryſtallinam produci coronamque ab ea ſuſcipi autumant.

p. 172. Obſeruationibus his praemiſſis conſectaria quaedam adnectuntur, ex quibus ſequentia notamus.

Mutationibus rite adnotatis partium euolutio probatur. Elongantur nimirum iſtae nec quidquam iis apponitur.

p. 175. Soliditas partium a liquore mucoſo gelatinoſo oritur. Hic enim per vaſcula fluens omni momento ſui generis elementa attrahit, quae fluidiori parte obtata indurantur.

p. 176. Cauſa, cur partes, non conſpiciendae, viſibiles dein euadant, partim in partium ſimplicitate partim in opacitate earum poſita eſt. Ita e. g. pulmones non niſi ſexto die elapſo in conſpectum prodeuntes tunc temporis ſatis magni inueniuntur. Cum itaque ei poſt hunc diem tam magni appareant, ante eosdem neutiquam deprehendendi, ratio ſane in promtu erit, ſi dixeris, eos ante ſextum diem ita eſſe pellucidos, ut conſpici minime poſſint.

p. 179. Sed unde igitur partium opacitas? Certe, qui perpenderit, partes ex liquore mucoſco pellucido oriri, hunc autem vel tantillo fluidioris partis amiſſo ſtatim albeſcere, opacitatis hinc etiam habebit rationem.

p. 180. Colorum mutatio a corde dependet. Prout enim huius vires creſcunt, ita etiam humores condensantur, hincque varii colores oriuntur. Confert omnem et quidquam calor ab extra communicatus.

p. 181. Sapores et odores eodem tempore cum coloribus naſcuntur. Ita bile, viridi facta, amarities eius ſtatim deprehenditur.

p. 182. Figurae partium, reſpectu incrementi tam non variantes, vel ab organorum augmento vel immutatione vel tandem abolitione dependent. Ita nonnullae in principio magnae apparent, quae formationis perfecta vel paruae fiunt vel prorſus euaneſcunt. Exempla

emplo ſit vitellus, qui incubationis tempore augetur, iſto autem elapſo et foetu nunc perfecto immittur, imo plane euaneſcit.

Prout partes mutantur, mutatur etiam earum ſedes. Ita v. g. vitellus et inteſtina tempore incubationis extra abdomen locantur, quae autem, muſculis abdominalibus formatis, ob horum irritabilitatem attrahuntur et intra abdomen reconduntur. p. 184.

Partes foetus omnes iam formatae in principio ſunt, et quamuis ut in adulto minus quidem appareant, vere tamen exiſtunt omnes. Prout enim cauſae mutantur, partes etiam mutari ſolent. p. 185.

Foetus in ouo iam formatus exiſtit, ipſaque mater cuncta foetus eſſentialia in ouario continet. Aſſertum hoc ſequenti nititur fundamento. Vitellus eſt continuatio inteſtinorum foetus, illiusque membrana ad inteſtinorum internam uſque producitur, quae autem in ventriculo, pharynge et ore continuata deprehenditur. Porro membrana vitelli externa eſt et inteſtinorum externa, ad meſenterium et peritonaeum uſque continuata. Tandem vitelli inuolucrum ipſa eſt foetus cutis. Si igitur vitellus vera pars eſt foetus, atque ille absque admiſſo mare et in omnibus quis reperitur, non ne igitur omni iure dicendum, foetum in matris ventre exiſtere? At vero, ſi quis obiiciat, cur a maſculo admiſſo mutationes tamen ſingulares oriantur, huic facilis datur reſponſio. Minima nimirum circumſtantia variat rem. Forſitan in ſemine virili latet quaedam vis, nobis adhuc incognita, quae partium quarundam incrementum adauget, easque ſibi ſimiles adeo reddit. p. 186.

Organa, quae fluida huc uſque apparent, eundem praeparant ſuccum, qui firmis condenſatisque proprius eſt, illorumque functio tunc temporis eadem iam eſt, qualis in perfecte formatis et ſolidis reperitur. E. g. renes inuiſibiles urinam iam tradunt p. 191.

allantoidi visibili. Nonne isthoc phaenomeno systema euolutionis confirmatur ulterius?

p. 193. Die octauo cerebrum nihil nisi aqua pellucida est, et tamen foetus tunc temporis se mouet, imo cor eius diu iam pulsans obseruatur. Hoccene probe fluidi neruei actionem, insimulque declarat, irritabilitatem partium nec a tensione nec ab elasticitate pendere?

p. 197. At enim vero transeamus nunc ad respirationis mechanismum, de quo obseruationes huc adhectere Ill. Auctori placuit. Litis igitur inter b. HAMBERGERVM et Ill. Auctorem de respirationis mechanismo agitatae, historia breuiter recensita Ill. Auctor perhibet, b. HAMBERGERVM breui ante obitum infirmitatem hypothecleos suae agnouisse, litteris ad virum quendam datis sponte reclum, se hypothesin istam tantum defendisse, meta, ne perderetur fama, si publice reuocaretur. Ad confirmandam igitur suam de respiratione sententiam Ill. Auctor ea, quae hanc ob causam instituit, experimenta iam nunc communicat; et sectione quidem prima omne, quod ad motum musculorum intercostalium et costarum pertinet, enarrat, sectione secunda varias obseruationes, mechanismum in et exspirationis tantum declarantes, absque eo, ut controuersia tangatur, proponit; sectione tertia cuncta, quae ad pleurae contiguitatem ad pulmones spectat, recenset, et ultima tandem sectione varia experimenta de pondere pulmonum specifico, cum aquae pondere comparato, deque suffocatis insimul animalibus exhibet.

p. 212. Quod ad actionem musculorum intercostalium pertinet, primo experimenta, hunc in finem instituta, recensentur, horque facto consectaria deinnectuntur, ex quibus sequentia notamus.

p. 247. Inspiratio est actio vitalis, exspiratio autem nullo adiumento indiget. Thorax enim eleuatus propria vi descendit et costae eum locum proprio itidem nisu

nisu iterum occupant, quem ante inspirationem habent. Porro interualla costarum ossearum imminuuntur in inspiratione, elongantur in exspiratione. Impossibile autem est, musculos agentes elongari. Actio enim et contractio inseparabiles sunt.

Quod ad actionem musculorum intercartilagino- p. 248.
sorum spectat, b. HAMBERGERVS cum Ill. Auctore eandem fouit sententiam; dixit namque istis eleuari costas, et tamen postea musculis internis deprimi costas asseruit. Itaque tum horum tum illorum musculorum fibris eandem esse directionem, hincque actionem oppositam exerceri non posse, Ill. Auctor ostendit.

Costas Noster considerans declarat, superiores p. 249.
minus mobiles esse inferioribus, imo primam earum pene immobilem, ideoque musculis internis pro vecte inseruire.

De actione tandem musculorum intercostalium p. 259.
Ill. Auctor agens asserit, eos in inspiratione intumescere, corrugari, indurari, situm mutare et perpendiculares fere factos notabiliter contrahi, in exspiratione contra eos elongatos immobiles et obliquos fieri, eodemque tempore agere, quando intercostales externi et intercatilaginosi in actione constituuntur.

Interualla costarum in inspiratione coarctantur, et p. 262.
quo magis mobiles sunt costae, eo arctius reperitur interuallum e. g. inferiores costae valde mobiles sunt, hinc et earum interualla magis coarctata euadunt.

Experimenta, ob diaphragmatis actionem susce- p. 289.
pta, docent, istud in inspiratione descendere motuque eius in inspiratione sanguinem venae cauae inferioris repelli, huncque iterum in exspiratione ascendere ad cor tendentem.

Experimenta, ob contiguitatem pleurae et pul- p. 323.
monum instituta, probant, pulmones in quadrupedibus pleurae esse contiguos, nec ullum etiam inter

pulmones et pleuram reperiri aerem, in auibus contra deprehendendum. Remotis namque coſtis, pleura etiam illaeſa, pulmones hanc tetigiſſe, quaue inciſa illos ſtatim, ob aerem intrantem, ſubſediſſe, Ill. Auctor obſeruauit. Si igitur aer inter pulmones et pleuram reperiretur, nulla deprehenderetur mutatio pleura inciſa, quia aeri iam eſſent aſſueti pulmones. Si porro aer inter memorata viſcera haereret, pulmones poſt mortem collaberentur, verum poſt hanc iſti dilatati pleuraeque contigui inueniuntur. At ſi quis obiiciat, aerem inter pulmones et pleuram rariorem exiſtere, hic ſciat, poſt mortem omnia frigida eſſe et pulmones tamen reperiri dilatatas. Si tandem aer adeſſet, bullulae tunc pectore, aquae ſubmerſo, exirent, quod phaenomenon in auibus quidem, at non in quadrupedibus obſeruatur. Aſt caute experimentum hoc inſtituendum; laeſione enim pulmonum vel minima facta bullae ſtatim aereae ob aerem, pulmones intrantem exeunt. Ad obſeruationem autem quod attinet, mediaſtinum nempe ceu inflatam apparuiſſe veſicam, iſta omnino fallax eſt. Hoece enim phaenomenon ipſe vidit Ill. Auctor, aſt re penitius examinata laeſionem reperit, qua alio tempore vitata iſtud iterum obſeruare haud contigit.

p. 355. Sectione tandem quarta experimentis praemiſſa, pulmones reſpiratione nondum exercitatos in aqua ut reliquas partes ſubſediſſe, reſpiratione autem exercitatos aquae innataſſe, Ill. Auctor affirmat. Vltimi huius phaenomeni cauſam in aere viſcoſitatibus veſicularum irretito, pulmonesque hinc leuiores reddente quaerit. Difficulter enim ita irretitum aerem exire perhibet. An autem pulmones aquae innatantes foetum prodiiſſe viuum notent, dubium omnino manet. Fieri enim poteſt, ut foetus uteri officio capite egreſſus reſpiret, paulo poſt autem intra ipſum partum obeat, et mortuus inde excutiatur. Ergo pulmones, aquae innatantes, foetum quidem reſpi-

raſſe

raſſe notant, minime vero determinant, utrum iſte intra vaginam, an extra eandem reſpirationem exercuerit.

Quod tandem ad ſuffocatos pertinet in eorum ventriculo, pulmonibus et trachea nullam ſe reperiſſe aquam multi dicunt, imo innumeros homines per horas, dies, quid? quod per ſeptimanam aquae ſubmerſos et mortuos inde extractos vitam recuperaſſe, alii itidem perhibent. Contrarium ſtatuit Ill. Auctor. Cuncta enim animalia, aquis ſubmerſa poſt duo aut tria minuta mortua extracta ita manſiſſe, ſemper obſeruauit, inque viſceribus memoratis ſemper etiam aquam reperit. His igitur experimentis Ill. Auctor confirmatus de omnibus auxiliis, quae ad vitam ſubmerſis conciliandam adhibent, parum vel nihil ſperandum eſſe concludit.

V.

Diſſertatio inauguralis de inteſtini duodeni ſitu et nexu, Auctore LAVRENTIO CLAVSSEN, Hafnienſi. Lipſiae 1757. 4. pl. 4½. Tab. aen. 2.

Inteſtinum duodenum a variis iam auctoribus depictum fuit, nullus vero ſatis accuratam iconem inteſtini huius exhibuit. Situs enim illius abſconditus difficilem delineationem efficit. Ad pedes cadaueris collocatus delineator, flexum praecipuum ſub hepate a latere veſiculae felleae verſus renem dextrum deductum nunquam apte cognoſcet. Si vero a cadaueris dextro latere poſitus tractum hunc attendit, tunc finis duodeni verſus principia ieiuni excurrens vel obſcure, vel in ſitu obliquo conſpicitur. Hiſce difficultatibus occurrere tentat Cl. Auctor. Ligaturam nimirum ieiuno ad pollicis diſtantiam ab eius origine iniecit, ut ventriculus et duodenum flatu diſtendi potuerint.

Reclinatis deinceps quodammodo viſceribus vicinis omnem duodeni tractum conſiderauit, zona coli quoque in media parte diuiſa. Eſt vero duodenum prima inteſtinorum tenuium pars, quae ob flexum ſuum alimenta ſemidigeſta ad tempus retinet, lentius mouet et digerit, celerique poſtea progreſſu in ieiu-
p. 19. ni conuolutiones propellit. Flexus duodeni tres ſunt, quorum primus et ſuperior a pyloro oritur, cum quo verſus corpora vertebrarum reflectitur, ſurſum tendit et fere cardiae altitudinem attingit. Hoc flexu facto, mox deſcendit et a latere veſiculae felleae ad renem accedit. Prope ſuperficiem huius interiorem flexus ſecundus ſiue inferior poſitus eſt et in progreſſu inteſtinum coecum attingit, quod quidem in prima icone non perſpicitur, in altera vero, ubi partes vicinae remotae ſunt, extremitas renis inferior in conſpectum venit, et ita deſcenſus duodeni ad coecum comprobatur. Adſcendit deinde inteſtinum noſtrum, in meſocoli radice ad pancreatis confinia deducitur, et flexum tertium format, qui in ieiunum continuatus finem duodeni a principio ſuo non multum diſtare declarat. Addit tandem Cl. Auctor argumenta quaedam phyſiologica uſum duodeni ſpectantia et morbos ex illius laeſione oriundos erudite conſiderat.

VI.

Diſſertatio inauguralis phyſico-medica, ſiſtens hiſtoriam fontis Holzenſis in Alſatia, germanice *Holzbad* dicti, quam publico eruditorum examini ſubmittit IOHANNES KRATZ, Argentoratenſis, d. 10 Mai. 1757. Argentorati typis Io. Henr. Heitzii, 4. pl. 3½.

Quia nullum, quod de aquis medicatis agit, ſcriptum facile praetermittimus, eam ob cauſam etiam hanc diſſertationem indicabimus, licet noui

quid

quid non habeat. Longe lateque congeſtis plurimis, tam veterum, quam recentiorum de fontium origine opinionibus, ſe illi denique ſententiae aſſentiri adſerit Cl. Auctor, qua probatur, fontem *Holzenſem* exp. 13. hydrophylacio quodam, in proximorum montium intimis recondito, et cum mari communicante, ortum ſuum habere, dum ſcilicet aqua, vaporum forma aſcendit, fornicibus cryptarum terrae adhaeret, in guttas coit, ad maiora receptacula abit, per ſtrata arenoſa ſe diffundit, et tandem, qua data porta, e terra prorumpit. Vltimum in primis colligit, ex aquarum puritate, quam nullo alio modo melius aquis communicari putat, quam per talia ſtrata fabuloſa tranſeundo, ubi percolantur. Appellatur autem hicce fons, fons *Holzenſis*, germanis *Holzbad*, quod nomen a ſilua adiacente, propeqùam proſilit, accepiſſe, Cl. Auctor dicit. Situs autem eſt noſter fons in Alſatia inferiore, qua quinque milliaria gallica ab Argentorato diſtat. Mercurius thermometri p. 16. *Fahrenheitiani*, in fontem immiſſi, ſemper ad gradum 57 deſcendit, hinc ejus aqua noſtris manibus frigida adparere debet. Quod ad huius aquae grauitatem ſpecificam attinet, paulo leuiorem eam aqua deſtillata inuenit Cl. Auctor. Et in hac leuitate et puritate maximam praerogatiuam quaerit. Solutiones enim argenti, mercuri viui et ſublimati ab affuſa aqua noſtra non turbantur. Neque additus ſyrupus violarum et ſpiritus vitrioli, neque affuſum oleum tartari per deliquium et decoctum gallarum quandam ei inducunt mutationem. A ſolo aceto lythargyrii mutatur, quod alias certiſſimum eſt indicium, aliquas ſaltem particulas alienas, ſeu peregrinas, in eiusmodi aquis contineri: id quod etiam ſequentia probant experimenta. Libris enim 240 huius aquae lente euaporatis obtinuit reſiduae materiae ſalino-terreae unciam unam, drachmas tres et ſcrupulum unum. Huius materiae unciam dimidiam indidit re-

tortae, et deſtillando acquiſiuit guttulas aliquas liquoris manifeſte *acidi*, et empyreumatici. Sale dein a terra, quam *calcaream* reperit, per ſolutionem, coctionem et euaporationem, elixiuationem et cryſtalliſationem, hos labores chemici dicunt, ſeparato, accepit illius, uti ait, tres ſpecies, quae cryſtallorum
p. 19. forma etiam differebant. Quasdam ex his, quae prismata referebant, carbonibus ardentibus iniectas, fragorem, uti *nitrum*, ſpargiſſe, perhibet: quum aliae figuram cubicam habentes, eodem modo tractatae, more *ſalis communis* ſonum, quem chemici decrepitationem vocant, edebant: aliae denique, figura parallelipipeda gaudentes, in igne facile fluebant, et dein in calcem mutabantur, quem ad modum a *ſale mirabili* GLAVBERI id fieri ſcimus. Salem communem et mirabilem GLAVBERI aquis inesſe omnes facile concedent: verum de nitro dubitabunt, id quod etiam Cl. Auctor proſpexit, quare ad Cl. MARGGRAFF *Berolinenſis* et Cl. SPIELMANNI *Argentoratenſis* experientias prouocat, qui nitrum in aquis putealibus inueniſſe teſtantur. Quum autem memoratae partes adeo exigua quantitate inſunt aquis *Holzenſibus*, parum virtutis ab illis expectari poſſe ipſe autumat Cl. Auctor: plus tamen leuitati et puritati aquae attribuit. Eas ideo cum Toeplicenſibus, Piperinis, Haſſiacis, a ſerpentibus nomen trahentibus, et Schleuſingenſibus comparat, quae leuitate et puritate ſe commendant. Interne licet noſtrae aquae etiam adhibeantur, magis tamen adplicantur externe, ubi partes emolliunt, tenſas laxant, et poros cutis aperiunt. Qua de re in morbis arthriticis, podagricis, ſcorbuticis atque cutis vitiis
p. 26. earum uſus eſt maximus. Quando autem Cl. Auctor in fine diſſertationis, et quidem eiusdem §. XXVIII in ea eſt opinione, ad imitandas aquas minerales nil magis expeti, quam aquam puram; quia addito ſpiritu ſulphuris volatilis, ſalis tartari, ſalis ſodae, mirabilis

rabilis GLAVBERI, Sedlizenſis, nitri, vitrioli martis, terrae calcareae cet. omnis generis atque naturae pro lubitu parari poſſent aquae medicatae minerales, uſitatiſſimis effectu et virtute aequales: merito de ſuae adſertionis veritate dubitamus. Illud enim τὸ θεῖον, ſeu elaſticum atque aethereum principium, quod ſpirituoſitas quibusdam audit, et aquis mineralibus ſpecificum eſt, easque ab aliis omnibus compoſitionibus et mixturis diſtinguit, iisdem nulla arte communicari poteſt. Summus enim creator, hoc aquis naturae ope largiri, ſolum ſibi huc uſque vindicauit.

VII.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences. Année MDCCLIII. avec les mémoires de mathématique et de phyſique pour la même année, tirés des regiſtres de cette Academie. A Paris de l'imprimerie royale. MDCCLVII. 4. mai. Hiſt. 1 alph. 18 pl. Mém. 3 alph. 9 pl. 25 tab. aen.

h. e.

Hiſtoria Academiae Regiae ſcientiarum ad annum 1753, cum commentariis mathematicis et phyſicis.

Obſeruationum ad *Phyſicam generalem* ſpectantium:

1) Mentionem facit vermis, in *Cayenna* ſaepius ſub cute equorum, canium, felium, auium et non nunquam hominum reperiundi, quem naſci probabile eſt ex ouo, a muſca quadam in cutem animalium dormientium inſerto. Hic vermis tumorem efficit cum inflammatione, cui febris coniuncta eſt. Si tumor ille per conſueta remedia aperitur, vermis quidem p. 72.

dem in conſpectum prodit, ſed difficillime extrahitur. Quare ſolent, impoſito folio Nicotianae aut braſſicae Caraibicae, vermem necare; quo facto ſponte una cum pure exit, et vulnus breui ſanatur.

2) Quarto Nouembris die An. 1753 hora a media die quarta in regione *Bituricenſi* conſpectus eſt globus ingens igneus, caudam longiſſimam habens, in altitudine viginti circiter pedum inter ſeptentriones et ortum per aliquot minuta ſecunda horae ſuſpenſus. Dein ex eo magna fumi albi copia eſcendit, et confeſtim bis fragor tormenti bellici exploſi auditus eſt. Nullam noxam hoc meteoron attulit, et ne quidem coeli ſerenitatem mutauit.

3) Simile meteorum quarto Decembris eiusdem anni et eadem diei hora obſeruatum eſt in tractu *Burbonenſi*, coelo etiam ſereno. Figuram habebat pyroboli, et ab ortu in occaſum motu recto uniformi ferri videbatur, tandem in ſcintillas diſſoluebatur cum ſonitu obſcuro.

4) *Tulli* in *Lotharingia* d. 11 Iulii praedicti anni hora poſt meridiem ſecunda grando decidit, quae homines non nullos et multa animantia domeſtica occidit vel vulnerauit. Aqua, in qua haec grando ſoluta eſt, in vaſe euaporata, reſtitit e 2 ſextoriis pauxillum terrae, quod circiter 2½ granorum pondus habuit, et cum acidis fermentauit.

p. 75. 5) Obſeruatio deſcribit parelium, *Lugduni Batauorum* 18 Octobris viſum.

6) Cl. DV TOVR obſeruauit, ad experimentum electricitatis vulgo ſic dictum *Muſſchenbroekianum* pro vitro adhiberi poſſe talcum, quod, pelluciditate excepta, adeo differt a vitro, ut ne quidem vitrificabile ſit. Nam lumina talci, cuius utraque ſuperficies foliis auri in medio obducta erat ſic, ut circum circa margo nudus relictus eſſet, impoſita virgae ferreae electrificatae, ceterisque eo modo, quo in experimento Lugdunenſi utuntur, factis, non ſolum commotionem

motionem electricam sensit, sed etiam scintillas eliciit, quae folium chartae luforiae talco impositum perforarunt. Quid nunc, inquit historiographus Academiae, habendum est de figura, quam poris viri non nulli tribuunt, et quae poris materiae a vitro tam discrepantis, nisi euidentia argumenta afferantur, nequit adscribi?

7) Cl. ALLAMAN paralysin singularem linguae, ordinariis remediis non cedentem per solam electrificationem penitus sustulit; et Cl. LE ROY quendam Academiae Correspondentem, dentium dolore excruciatum, nec non Professorem publicum in uniuersitate Argentoratensi, surditate laborantem, per eandem artem sanitati restituit.

8) Fatum b. RICHMANNI * Professoris quondam Petropolitani, inter omnes notum, narratur, et quae in ipsius cadauere tam extrinsecus, quam intrinsecus, deprehensa sunt fulminis electrici, quo periit, signa, breuiter recensentur. p. 78.

9) Vltima obseruatio est de descensu liquoris in thermometro ex aqua extracto, et in aere, qui 2 gradibus calidior erat, quam aqua, suspensio.

Pergimus ad *Obseruationes anatomicas*, in quarum *prima* narratur, ex vesica viri cuiusdam incisa extractam esse spicam materia calculosa incrustatam. Hanc spicam aeger olim, cum ruri esset, et calculi dolores sentiret, in urethram se ipsum introduxisse, sed inde retrahere non potuisse, recordatus est.** p. 128.

2) Cl. HERISSANT refert, in cadauere viri repertum esse pulmonem, lobo sinistro carentem, et locum huius lobi occupatum corde, ita ut cor in medio p. 130.

* vid. Comment. nostr. Vol. II. P. IV. p. 724.

** Conuenit cum obseruatione Cl. SENFFII, quam vide in dissertatione Cl. PLATNERI de calculo ad vesicam adhaerescente. vid. Opusculorum Eiusdem Tom. I. p. 207.

dio eius cauitatis, quam lobus ille replere solet, liberе suspensum esset; unde in illo viro, adhuc vivo, nullus motus cordis unquam percipi potuerat. Pericardium adeo expansum deprehendit, ut sinistra pectoris cauitas illo, tanquam altera pleura, obducta esset, adhaerente ubique pericardio ad veram pleuram per contextum fibrosum laxum. Lobus pulmonis deficiens in pus abierat, quod partim inter pericardium illud monstrosum et pleuram, partim in tubo membranaceo continebatur, qui una cum trunco aortae usque ad arterias emulgentes descendebat, et in saccum, ouo gallinaceo mole aequalem, desinebat. Vir ille vitam ad quinquaginta quinque annos protraxerat, per quindecim extremos aetatis annos asthmaticus fuerat, tandemque acutum dolorem in sinistro pectoris latere questus in febrim ardentem cum conatu vomendi incidit, quo morbo, per violentum emeticum remedium auctо, periit.

p. 131. 3) Idem Vir Cl. describit pullum gallinaceum, cuius quidem uniuersum corpus quodam quasi emphysemate tumebat, femur autem laeuum ab interiori latere gestabat tumorem pugni magnitudine. Hic tumor a morte pulli, 4 circiter menses nati, apertus ostendebat totum canalem intestinorum, qui per annuli oblongi speciem, a musculis abdominis formati, descenderat. Locum ab intestinis relictum ingluuies, vehementer expansa, implebat. Intra flexus intestinorum extensi erant diuersi sacci membranacei, qui ex altera parte in telam cellulosam inter cutem et musculos per plurima parua foramina hiabant, ex altera autem parte in duas vesicas membraneas, sub sterno positas, et pulmoni, qui PERRALTO carnosus dicitur, antrorsum iunctas. Hac via aeris, quem pullus respirauerat, pars perpetuo in cellulas tunicae adiposae propulsa fuerat.

4) Exemplum superfoetationis manifestum. Quod equam uno eodemque partu equum et mulam peperisse docet.

5) Conti-

5) Continet descriptionem lienis ob monstrosam figuram ac molem, situmque admodum insolitum notabilis. Arcte adhaerebat toti peritonaei portioni, quam musculi transuersi tegunt, et occupabat abdominis partes anticas laterales inde a regione epigastrica usque ad ossa pubis, quibus incumbebat, pertingebat etiam ad partem musculorum iliacorum, et obtegebat epiploon, hepar, intestina, renes, vesicam, cet. nec non ventriculo et parti omenti superiori aliquatenus adhaerebat. Viscera haec singula sana deprehendebantur, ipse vero lien corruptus erat, et plenus puris, etsi paullo ante mortem iuuenis, in cuius cadauere hic lien repertus est, et qui pro hydropico tractatus erat, iam sedecim sextariis (8 *pintes*) puris, repetita paracentesi, suppeditasset. p. 132.

6) Haec obseruatio debetur Cl. BARONIO, qui Academiae ostendit cerebri bouis magnam partem ossificatam, reliqua parte bene constituta. Attamen ob hoc cerebri vitium animal neutiquam languebat, sed optime valere videbatur, cum mactaretur. p. 134.

7) Haec spectat ad quaestionem, num ouum in ouario feminae praeexistat, et quae ex Cl. HALLERI experimentis in 40 ouibus captis consequuntur, continet, videlicet, ante diem decimum septimum a conceptu frustra quaeri ouum in ouario vel tubis, reperiri autem plerumque materiam aliquam gelatinosam in constrictiori quadam parte tubae haud procul ab ouario, quae materia principium oui esse videatur.

8) Haec quae eundem Viri Cl. auctorem habet, obseruatio docet, dari systolen et diastolen in vena iugulari, in caua inferiori usque ad femur, et in subclauia usque ad basilicam, quae motus alternatio facile percipi possit, et non a motu cordis, sed a respiratione pendeat, ita, ut diastole earum venarum in exspiratione, systole autem in inspiratione contingat.

9) Haec

p. 136. 9) Haec eiusdem Auctoris, partim ligaturam nerui non semper noxiam, partim insensibilitatem tendinum et membranarum concernit; quae obseruatio quantos motus excitauerit, nondum sopitos, notum est.

10) Agitur haec de pene salmonis, quem eiusdem Viri Cl. discipulus detexit, et de sinubus duobus venosis, quos in animantibus amphibiis animadvertit Cl. MECKELIVS, et quibus ea apta reddi automat, ut diu sub aquis degere queant.

p. 137. 11) In hac historia traditur acus in iusculo clam deglutitae, quae nunc postquam per uniuersum intestinorum canalem sine noxa promota esset, tandem in ano haeserat cum exquisitissimo dolore, atque inde feliciter extracta fuit.*

p. 138. 12) De vacca, quinque vitulos in utero gestante, qui etiam, salua matre, in lucem editi sunt, duo viui, ceteri mortui, exponitur.

13) Haec obseruatio docet, feles admodum diu sine potu viuere posse. Felis castratus, magnus et crassus, cui potus successiue subtractus fuerat, duos annos duosque menses absque omni potu vixit, sola carne elixa nutritus, et, licet subinde sitim per signa declararet, tamen non male se habere visus est. Cibo pauco erat contentus. Excrementa dura et sicca biduo semel, lotium autem interea sexies vel septies reddebat.

p. 139. 14) In hac refertur de muliere, quae per duos annos et decem menses cuncta grauiditatis signa, excepto menstruorum defectu, sensit, omniumque intelligentium iudicio pro grauida habita, tandem puerum enixa est, corpore praeditum neque monstroso, neque solito maiori. Eadem mulier post hunc partum

* A frustulo ligni sine incommodo deglutiti et per canalem alimentorum transeuntis inter plicas orificii ani tandem haerentis, similes haemorrhoidariis dolores oriri vidimus, qui, extracto ligno, cessarunt.

tum iterum grauidatam se dixit, et inde a principio huius praegnationis quinque anni cum octo mensibus ipsi, cetera bene valenti, iam lapsi erant, quum haec scriberet historiographus Academiae, nec tamen adhuc instabat partus.

15) De manu arida agitur ex terra ante centum annos effossa, in qua ossa metacarpi tendinibus suis, musculis, et cute tecta apparent, sed omnia penitus exsiccata sunt, et ossa colorem viridem habent. Vnde, iudicio Academiae, ea manus videtur imbuta esse liquore quodam vitriolico, aut ea forsitan materia, quae ossa in iaspides coeruleas (*turquoises*) transformat. p. 141.

16) Obseruatio, quae ultima est, mentionem facit *anseris Bossani* sic dicti, quia alibi, quam in insula huius nominis prope Edimburgum, raro capitur. Cl. HERISSANT in hac aue multas partes inuenit, quibus ab aliis anseribus differt.

Elogium Ill. IO. SLOANII * Historiae huius animi colophonem imponit. p. 305.

Inter *Commentarios* primum tenent locum Cl. HERISSANT VD *Obseruationes anatomicae de structura vesicae*. Haec vesicae descriptio a notionibus receptis, et multorum Anatomicorum obseruatis multum recedit. In vesica unicam partem, nomine tunicae vel membranae compellandam, deprehendit V. Cl. eamque interiorem, quam urina humectat. In musculosa substantia huius visceris nullum videt planum, nullum stratum, nullam directionem constantem fibrarum muscularium, sed merum irregularem fibrarum contextum, quem peritissimi anatomici industria retexere p. 1.

* vid. Comment. nostr. Vol. II. P. II. p. 366 seqq. et P. IV. p. 727 seqq.

retexere nequeat. Hinc muſculum, *detruſorem urinae* non nullis dictum, negat. Originem autem harum fibrarum tantum non omnium inuenit in proſtata, vel corpore ſpongioſo, quod feminis loco proſtatae eſt; quasdam enim etiam ab anterioribus ligamentis ſeu tendinibus veſicae oriri monet. Plurimae fibrae alligatae videntur inſertioni vrachi, quam tamen male a multis proxime fundum veſicae poni monet, quum collo in quibusdam ſubiectis propiorem inuenit, quam fundo. *Colli veſicae* nomen propria non tribuendum cenſet, niſi orificio ampliato canalis excretorii veſicae, qui per proſtatam tranſit; quod orificium in ſtatu naturali non rotundum ſed ſemilunare eſſe affirmat, quum a parte poſtica tuberculum quoddam rotundum carnoſum exiſtat, quod figuram partis anticae huius orificii circularem interrumpat, et in ſemilunarem commutet. Hanc partem, quae eiusdem ſubſtantiae cum collo veſicae eſſe videtur, et in viris maior eſt quam in feminis, Cl. LIEUTAUD appellat *vuulam veſicae*, ob ſimilitudinem figurae et functionis, quae illam partem et vuulam in palato intercedit. Etſi vero ea pars a nullo anatomico deſcripta, ſed tantum in tabulis anatomicis SANTORINI depicta ſit; maxime tamen notabilem eam eſſe docet, quum ea ſaepe per inflammationem intumeſcens cauſſa poſſit fieri retentionis urinae, quae non niſi iniectionibus tolli poterit. Porro hanc vuulam tradit eſſe continuationem alius partis veſicae, aeque ignotae et aeque memorabilis, quae in regione poſtica veſicae in forma trianguli ab ea ſita ad inſertionem utriuſque ureteris uſque, vel paullo ulterius extenditur, et propterea trigonus ab Auctore dicitur. Subſtantia eius differt a reliqua veſicae ſubſtantia, et ſimilis eſt illi, quae originem urethrae amplectitur. Componitur e fibris muſculoſis et aponeuroticis, quae a duobus ligamentis lateralibus, a ſymphyſi oſſium pubis ad parvum ligamentum

mentum sacro-ischiadicum extensis, veniunt, et per interstitia fibrarum corporis vesicae musculosi penetrant. Hanc structuram huius partis impedire concipit Auctor, quo minus, relaxata vesica, plicae in ipsius cauo oriantur, orificia ureterum obstructurae; cui usui antrorsum etiam urachum inseruire putat. In eodem trigono, quum pars sit inflammationis capax, quaerit originem ischuriae cuiusdam non nephriticae, neque vesicalis, sed ab obstructione orificiorum ureterum per intumescentem *trigoni* basin ortae. Sphincterem in collo vesicae negat, tum quod accurata disquisitio talem musculum non ostendit, tum quod illius nullus usus foret; quum enim fibrae annulares huius musculi, secundum descriptionem eius a diuersis auctoribus datam, admodum mixti et confusi sint cum fibris vesicae muscularibus, alias directiones habentibus, non posset fieri, quin, his fibris se contrahentibus ad expellendam urinam, fibrae sphincteris ficti simul se contraherent ad exitum lotio praecludendum. Rationem vero, cur in potestate nostra sit, urinae effluxum subito interrumpere, quaerendam docet in leuatoris ani parte antica, quam MORGAGNIVS pseudo-sphincterem vesicae vocauit.

2) *Obseruatio coniunctionis inferioris veneris cum sole d. 31 Octobris A. 1751. in Obseruatorio regio Parisino habita; et admonitiones de coniunctionibus huius planetae cum sole eclipticis, quae A. 1761 et 1769 futurae sunt, Auctore* Cl. LE GENTIL. p. 27.

3) Cl. MALOVINI *historia morborum epidemicorum et tempestatum A. 1753 Parisiis obseruatarum.* In procemio huius historiae Vir Cl. breuiter disserit, quomodo aquarum, frumentorum et fructuum diuersa diuersis annis conditio morborum epidemicorum causa fieri possit. Ianuarius anni 1753 caruit mor- p. 35.

bis epidemicis; tempeſtas frigida fuit, neque humida, neque ſicca, aquilone dominante. Mortui tamen ſunt hoc menſe Lutetiae 2693 homines, ſcilicet 1204 mares, et 989 feminae; nati autem 2354, pueri 1228, puellae 1126. In ſingulis reliquis huius anni menſibus et natorum et defunctorum numerus minor fuit. Per reliquam hiemis partem, quae ſicca fuit, praeter fluxiones et faucium morbos
p. 53. nulli morbi epidemici obſeruati ſunt. *Vere*, cuius principium ſatis humidum, finis valde ſiccus fuit, multi laborarunt arthritide et vera et ſpuria; *ſpuriam* vero appellat Auctor depoſitionem humoris e variolis degeneratis reliqui, vel ſcorbutici, vel alius naturae acris, in iuncturis extremitatum; atque hoc interesse inter veram et ſpuriam monet, quod in vera arthritide dolor ante tumorem ſentiatur, in ſpuria tumor una cum dolore oriatur, et magis rubeat, non nunquam etiam coeruleum colorem habeat, curationem quoque aliter eſſe inſtituendam, et ad purgationem ac purificationem liquorum corporis aegri ſine mora accedendum. *Aeſtas*, quae fuit inſolenter calida et ſicca, confirmauit, inquit Auctor, hoc medicinae principium, quod ſicca tempeſtate pauciores quidem ſint morbi, ſed acutiores et periculoſiores. Menſe Maio multi fluxionibus affecti ſunt, et pleraeque puerperae grauiter aegrotarunt; idque fere ſemper accidere puerperis, quotiescunque catarrhi graſſantur, experientia ſe didiciſſe ait Auctor.
p. 44. Eodem menſe epidemica fuit febris continua putrida, quae in quibusdam initium cepit a dolore vehementi in dextro pectoris latere, et in omnibus fere ſurditatem et mentis alienationem effecit, quae ad trigeſimum ſecundum diem morbi ſubſtitit; in non nullis puſtulae prodierunt, nigrum marginem habentes. Hic morbus, qui iuuenes magis quam maiores natu corripuit, et in coenobiis multos abſtulit, abundantiae bilis adſcriptus, et per venae-ſectiones aliquot

ſtatim

ſtatim ab initio factas, nec non per ſubſequentes euacuationes fortiores, emeticis et purgantibus exhibitis, curatus eſt. *Autumni* initio coelum ſerenum fuit, et aer calidus ac valde ſiccus, ſub finem autem multum pluit, ſaepe hydrargyro barometri aſcendente. Morbi epidemici fuerunt variolae indolis malignae, rheumatismi arthritici cum febri, et alui fluxus. Iſtarum variolarum quum odor prorſus ſingularis obſeruatus fuerit, hac data occaſione Cl. Auctor medicos clinicos admonet, ut ad odorem variolarum attendant, praeſertim durante ſuppuratione. Foetidiſſimo odore non peſſimae indolis variolas prodi, ait. Diarrhoeas autem iſtas non ab arborum fructibus, etſi eorum illo anno magnus prouentus fuerat, ortas fuiſſe, inde colligit, quod ceſſante diarrhoea, eryſipelas ſe manifeſtauit, et non nunquam, eryſipelate diſparente, diarrhoea ſubſecuta eſt. Praeter illos morbos hac tempeſtate angina gangraenoſa, febres catarrhales, et haemorragiae frequentes fuere. Hoc anno Lutetiae Pariſiorum mortui ſunt 21716 homines, maſculini ſexus 11676, feminini 10040, nati vero 24058, nimirum 12445 pueri, et 11613 puellae. Barometrum, quod hoc anno inſolenter variauit, maximam habuit altitudinem $28\frac{1}{2}$ poll. d. 24 Ianuarii, euro-aquilone ſpirante, et coelo ſereno; minimam, $26\frac{1}{3}$ pollicum d. 24 Aprilis zephyro-noto flante et aere pluuio. Ceterum ex relationibus medicorum Rothomagenſium Cl. MALOVIN deſcribit hic morbum epidemicum, qui Rothomagi ſub finem huius anni 1753. permultos neci dedit. Incepit tertio die poſt nebulam ſpiſſam et foetidam, quae d. 21 Nouembris dimidiam urbis partem occidentalem impleuerat. In altera urbis parte, ubi nebula fuerat nulla, nec morbus ille obſeruatus eſt. Inuaſit autem fere tantum iuuenilis aetatis homines cum cibi faſtidio, horrore, laſſitudine, et capitis dolore indies ingraueſcente. Quinta vel ſexta die p. 56.

aegri lectum petere neceſſe habuerunt. Plerique ab initio fluxu alui bilioſo et ſeroſo, non nulli nauſea et vomitu afflicti ſunt. Cunctis fere ſanguis ex naribus ſatis frequenter, ſed parce, effluxit, pulſus fuit durus, ſed paruus, febris, initio leuior, intenſior facta eſt poſt unam alteramque venae ſectionem. Sanguis ex venis miſſus in gelatinae ſpeciem abiit. Poſt duo dies venter intumuit, contrectatus tamen non dolut; ventris autem tenſionem delirium ſecutum eſt; lingua humida quidem fuit, ſed nigra et plena paruorum ulcerum, quae etiam in labiis paſſim conſpecta ſunt. Quibusdam pedes, manus et facies tumuerunt. Qui releuati ſunt, non niſi trigeſima vel quadrageſima die a cubitu ſanitatem recuperarunt. In quibus autem ventris tenſio non remittebat, in his delirium ingraueſcebat, praecordia adgrauabantur, et mors ſequebatur quinto, ſeptimo, vel undecimo die morbi; non nulli tamen, quibus nempe venter decimo demum vel undecimo die intumuerat, ad decimum ſeptimum vel vigeſimum primum diem vixerunt, et in his leuis purpurae eruptio obſeruata eſt. Sectio eorum, qui hoc morbo perierant, oſtendit ventriculum colore rubro, fuſco liuidoque, atque ulceribus, lenticularum magnitudinem habentibus affectum, glandulas meſenterii turgidas, atque inteſtinorum varias partes ſphacelo corruptas, et tunicam villoſam in humorem viſcoſum reſolutam, reliqua autem viſcera et caput illaeſa. In curatione huius morbi abundantes euacuationes profuiſſe, medici experti ſunt; imminuta enim ventris tenſione, remittebat febris, et cutis humida fiebat. Remedium purgans, quod maximo cum fructu repetitis vicibus, uno die interiecto, aegris exhibitum eſt, quam primum abdomen turgere coeperat, compoſitum fuit ex pulpae Caſſiae uncia una, ſalis vegetabilis drachmis duabus et tartari emetici granis duobus pro quinque doſibus, quarum

quarum una post alteram, dimidio horae interpositio, propinata fuit.

4) Cl. CASSINI DE THVRY *Obseruatio transitus mercurii per solem* d. 6 *Maii, in Obseruatorio regio habita.*

5) Cl. GVETTARD *Commentarius de lapidibus Poudingues, germanice Wurfstein dictis.* Nomen *Pudding* Angli imposuere lapidi opaco aggregeto ex frustis silicum rotundis, unitis per materiam duram, quae polituram admittit. Auctor vero Cl. et hoc vocabulum in *Poudingue* conuertit, et significatum eius adeo extendit, ut omni lapidi conueniat aggregato ex quibuscunque lapidibus, siue per materiam arenosam, quae in lapidibus proprie *Puddings* dictis obseruatur, siue per terram ferrugineam, siue per margam, siue per cretam cet. coniunctis, siue politurae capaces sint, siue minus; et in hoc commentario recenset quasdam eiusmodi lapidum species, polituram non admittentes, et in Gallia praecipue reperiundas; exponit etiam suas de origine illorum lapidum coniecturas. Inseruit quoque huic commentario notabilem enumerationem et descriptionem diuersorum stratorum terrae, quae in putei fossione Lutetiae Parisiorum inde a superficie usque ad profunditatem 136 pedum gallicorum reperta sunt; inter quae sunt strata, (quorum profundissimum 90 pedes a superficie distat), quae ex ligno putrefacto constant. p. 63. p. 79.

6) Cl. LE FRANÇOIS DE LA LANDE *altera commentatio de parallaxi lunae, continens deducta ex obseruationibus, Regis iussu habitis Berolini a mense Martio usque ad Augustum* 1752, *et ad obseruationes in promontorio Bonae Spei habitas comparatis.* p. 97.

p. 106. 7) Cl DE LASONE *Obſeruationes phyſicae de thermis Vichienſibus.* Harum thermarum hiſtoriam phyſicam traditurus Cl. Auctor, primo locum, ubi ſcatent, deſcribit, deinde ipſos eorum fontes, numero ad ſeptem, porro qualitates his aquis communes, et differentias exiguas, quae ſingulorum fontium illarum aquas intercedunt, tum experimenta phyſica et chemica cum ipſis aquis inſtituta; quibus omnibus de earum uſu medico pauca ſubiungit. Duobus in locis haud procul a fontibus bitumen, et alio loco terram nigram bituminoſam reperit Vir Cl. Et quum haud dubie pluribus in locis prope has thermas in materia latent, huic qualitati ſoli attribuit unctuoſam ſeu ſaponaceam harum aquarum indolem; id quod etiam bituminoſus odor, quem ſpirant, confirmat.
p. 111. Docte et ſapienter optat, ut qui fontes minerales inquirunt, non ſolum analyſi aquarum chemicae incumbant, ſed etiam ſoli circumiacentis et ſtratorum terrae in vicinia naturam et indolem ſcrutentur; quo tandem detegere liceat artificium naturae in aquis medicatis producendis, et verae phaenomenorum cauſ-
p. 119. ſae reddi poſſint. Singulare quid eſt, bis quotannis, vere et autumno, ad has thermas pecudes venire, eminus etiam, et in trium leucarum diſtantia odorem harum aquarum ſentientes, et tanto cum deſiderio accurrere, ut ſibi mutuo bibendi occaſionem praeripere certent, atque illae, quae per *Allerium* fluuium natare neceſſe habent, aqua huius fluuii, quamuis ſitientes, inter nandum abſtineant. Ex
p. 124. analyſi autem harum thermarum ſequitur, eas et ob principium quoddam ſalinum, et ob terram abſorbentem, eſſe alcalinas, et continere ochram quandam, et principium ſpirituoſum, nempe ſubſtantiam alcalinam volatilem, ſingularem et ſui generis unicam, licet ea in pluribus aliis aquis medicatis occurrat, quam Cl. Auctor putat eſſe compoſitam ex terra alcoholiſata et volatiliſata coniuncta partim cum principio

cipio oleoso bituminis, partim et praecipue cum aere, qui in his aquis aeque abundare videtur, atque in aquis *Selteranis* secundum Cl. VENELII experimenta.

Efficacia harum thermarum dependet a vi resol- p. 131.
uendi et aperiendi; quare in concretionibus biliosis ac lymphaticis, et aduersus calculos renum et vesicae, salutares sunt, si ad fontes ipsos bibantur (nam transportatae multum virtutis amittunt); at vero non conducunt aegris, quibus temperamentum siccum et ac cholericum, quorum solidae partes facile irritabiles sunt, vel quibus nerui sunt admodum sensibiles.

8) *Obseruatio transitus mercurii per discum solis die 6 Maii 1752. mane, praesente Rege, habita a* Cl. LE MONNIER *iuniori.*

9) *Commentationis* Cl. GVETTARD *de lapidibus* p. 139.
Poudingues dictis pars altera. In hac parte agitur de lapidum horum eis speciebus, quae poliri possunt, et in Gallia reperiuntur. Non autem solum ipsi hi lapides, sed etiam loca, ubi inueniri solent, describuntur, et doctae coniecturae de ortu eorum lapidum, et de mutationibus, quae in superficie telluris in illis regionibus acciderunt, nec non alia historiae naturalis memorabilia ubique interspersuntur.

10) *Obseruatio mercurii in sole* d. 6 *Maii habita a* p. 193.
Cl. ROWGVER.

11) Cl. BOVRDELIN *Commentatio de sale sedatiuo.* p. 201.
Salis, quem HOMBERG *sedatiuum* dixit, natura nondum adhuc satis perspecta fuit. Equidem vulgaris opinio est, probabilibus non nullis argumentis nixa, acidum huius salis esse vitriolicum: sed quum haec opinio mera coniectura sit, quae etiam per nupera Cl. MARGRAFII inuenta, qui salem illum ex borace per quodlibet acidum minerale, immo per acidum vege-

tabile, extrahi poſſe demonſtrauit, multum probabilitatis amiſit; operae pretium ſe facturum putauit Cl. SOVRDELIN, ſi per experimenta in naturam acidi ſalis ſedatiui inquireret, partim experimenta ab aliis iam inſtituta repetendo, partim noua adhibendo. Quoniam acidum nitri et acidum vegetabile, ſi alterutrum in ſale ſedatiuo lateret, per facillima experimenta ſeſe manifeſtarent: quaeſtio huc redit, utrum acidum vitrioli, an acidum ſalis marini compoſitionem ſalis ſedatiui ingrediatur. Ad hanc igitur quaeſtionem decidendam Vir Cl. plurima experimenta cepit, quorum tamen aliquot tantum in praeſentia enarrat. Haud paruus eorum eſt numerus; et quanquam ſpem Auctoris haud impleuerunt, lectu tamen et conſideratione digniſſima ſunt, ſed quum nobis Cl. Auctorem per ea omnia ſequi non liceat, commemorabimus duntaxat hoc loco ea, quae Vir Cl. longo ſuo et ingenioſo labore de ſale illo edoctus
p. 241. fuit: 1) decompoſitionem ſalis ſedatiui per acidum vitrioli aeque ac per reliqua acida mineralia difficillimam et fere impoſſibilem habendam eſſe; 2) ineſſe huic ſali principium quoddam phlogiſticum, a non nullis quidem chemicis ipſi negatum, ſed quod manifeſto ſe prodat per odorem ſpiritus ſulphurei volatilis, quotiescunque ſal ſedatiuus cum oleo vitrioli igni committatur; 3) veriſimile eſſe, ut acidum huius ſalis ad naturam acidi ſalis marini accedat. Hanc vero poſtremam propoſitionem Auctor ipſe nondum ſatis certam habet. Collegit eam quidem e duobus experimentis, primo, quam phlegma, quod partes aequales ſalis ſedatiui et carbonum in puluerem re-
p. 220. dactorum ex retorta diſtillauerant, affuſa argenti per ſpiritum nitri ſolutione, materiam albam, quae igne
p. 241. fuſa veram lunam corneam exhiberet, ſecundo, quum, ſolutione mercurii per ſpiritum nitri confuſa cum phlegmate, quod ex diſtillatione partium aequalium ſalis ſedatiui et carbonum natum erat, haberetur

praeci-

praecipitatum perfecte album, non flauum, quale prodiiſſet, ſi acidum huius phlegmatis naturae acidi vitrioli particeps fuiſſet: verum enim vero quia horum experimentorum primum plusquam decies repetitum nunquam iterum eundem habuit ſucceſſum, alterum autem Cl. BOVRDELIN repetere nondum potuit, pro certo quidquam de natura acidi in ſale ſedatiuo affirmare nondum audet, ſed denuo examini hanc rem ſubiicere ſtatuit.

12) Cl. DE L'ISLE *Commentarius de diametro apparente mercurii, et de tempore, quod immerſioni eius in diſcum ſolis, atque emerſioni ex illo in conjunctionibus inferioribus ecliptitis impenditur.* p. 243.

13) Cl. BARON *experimenta de glaciei euaporatione.* p. 250. Conſtat, BOYLIVM in libro ſingulari ſolidis etiam corporibus atmoſphaeras ſuas aſſertum iuiſſe. Iudicio tamen Cl. BARON in ſola glacie demonſtrauit, ſoliditatem euaporationi non obſtare, cetera vero in libro illo enarrata experimenta non oſtendunt, niſi hoc, eſſe quaedam corpora ad ſenſum duriſſima et ſicciſſima, quae tamen adhuc aliquam humiditatem habeant, et exſiccationem quandam admittant, et in corporum quorundam poris incluſum aerem poſſe fortiori eorum corporum frictione ſic agitari et calefieri, ut ille ex eis exeat, et atomos quosdam de ipſis corporibus ſecum auferat. At vero de ipſius glaciei euaporatione, quam non nulli phyſici ex imminutione ponderis, quam glacies in duriſſimo etiam frigore patitur, collegerunt, et frigoris intenſitati proportionalem eſſe ſtatuerunt, dubitatio ſaepe orta erat Cl. BARON, quoties conſiderauerat, euaporationis notionem cum natura congelationis, qua particulae aquae in continuam maſſam conſtipantur, pugnare videri. Quamobrem hieme anni 1753. naturam de hac quaeſtione per propria experimenta conſulere

p. 263. conſulere inſtituit, quae hic deſcripſit, et ex quibus didicit, imminutionem ponderis glaciei libero aeri expoſitae non eſſe intenſitati frigoris proportionalem, neque deberi frigori, ſed vento, (in tectis enim vaſis aſſeruata glacies nihil ponderis per plures dies, ſe-
p. 266. cto quamuis gelu, amiſit), neque ergo proprie poſſe glaciei attribui euaporationem, quippe quae a motu inteſtino liquidi potiſſimum proficiſcitur, ſed decrementum ponderis glaciei, quod euaporationi eam cauſſae vulgo adſcribatur, fieri mera ablatione ſubtiliſſimarum particularum, quibus ſuperficies glaciei tanquam puluere tecta ſit, per frictionem aeris ſu-
p. 268. per ea agitati. Et his ſubtiliſſimis glaciei particulis in terris borealibus aeri permixtis, et per boream ad nos delatis effici putat frigus illud ſubitaneum, quod per hiemem ſaepe cum moleſtia ſentimus, et cuius ratio per ſolam caloris priuationem vix poteſt explicari.

p. 269. 14) Cl. LE GENTIL *Obſeruatio coniunctionis eclipticae mercurii cum ſole, quae mane* d. 6 *Maii* 1753. *accidit, habita in obſeruatorio regio, una cum indagatione verae inclinationis orbitae huius planetae ad planum eclipticae.*

p. 279. 15) Cl. HERISSANT *inquiſitio organorum vocis quadrupedum et auium.* Poſtquam DODART formationem vocis in homine, iudicio Cl. Auctoris, optime explicauit, ipſe in organa vocis brutorum, ab humana adeo diuerſae, inquirere apud animum conſtituit. Multum diuerſitatis in his brutorum organis deprehendit. Quaedam animantia, veluti feles, taurus, ceruus, dromas cet. voces ſuas formant ſola glottide, ſeu *organum vocis ſimplex*, ut Auctor loquitur, habent. Cetera, ſtilo Auctoris, *organum vocis compoſitum* habent, ſeu inſtructa ſunt, praeter glottidem, aliis etiam inſtrumentis, quorum in voce formanda uſus eſt, nimirum quaedam membrana tendinea, elaſtica,

laſtica, ſupra glottidem extenſa, velut equus, alia pluribus diuerſis membranis, non nulla ſaccis plus minus amplis et denſis, membranaceis aut oſſeis velut poreus; ſunt quoque, in quorum larynge eſt cauitas ad inſtar tympani, per quam ſoni admodum fortes efficiuntur, veluti aſinus et mulus. In auibus organorum vocis apparatus adhuc multo magis eſt compoſitus: non enim ſolum duos habent larynges, ſed etiam praeterea multas membranas tenues in bronchiis pulmonis carnoſi, in ſingulatibus arteriae aſperae cauitatibus, et in pectore extenſas. Omnium et ſingularum harum partium et deſcriptiones Vir Cl. hic tradit, quas iconibus adiectis illuſtrat, et mechanismum dilucide explicat.

16) *Analyſis chemica biſmuthi, ex qua inter plumbum atque illud ſemimetallum analogia apparet. Primus commentarius. Auctore* Cl. GEOFFROY, *Filio.* p. 296.

Labores ſuos, analyſi huius ſemimetalli impenſos, Vir Cl. ad Cl. POTT proceſſus direxit. Per calcinationem variis modis inſtitutam pondus biſmuthi nunquam inuenit imminutum, (quod tamen ſecundum Cl. POTT fieri debebat,) ſed ſemper auctum tertia decima circiter parte. Calx biſmuthi, fine addito fuſa, abiit in vitrum flauum, quem ad modum calx plumbi, et crucibulum ſimiliter quidem corroſit, multo tamen lentius. Sandicem quoque ex calce biſmuthi Vir Cl. parauit, eodem modo, quo ex calce plumbi, et ab ſandice plumbi non diuerſum, niſi quod colorem minus amoenum haberet. Quae Cl. POTT de argenti per biſmuthum depuratione docuit, repetit Cl. GEOFFROI; et hoc loco cautelas, ab illo haud indicatas, ad ſucceſſum tamen operae neceſſarias, tradit. Porro experimenta ſua deſcribit, quibus didicit, ex biſmutho in igni haberi poſſe lithargyrium, illi, quod ex plumbo fit, prorſus ſimile; vitrum biſmuthi, fuſum in cupella, a maſſa eius ae-

que

que minus imbibi, ac vitrum ſaturni (contra Cl. POTT); ad praecipitationem argenti ex minera per ſcorificationem plumbo ſubſtitui poſſe biſmuthum; vapores ſeu fumos copioſos ex biſmutho, durante fuſione, aſcendere, qui inflammabiles ſint, et flamma coerulea ardeant; atque adeo volatile eſſe hoc ſemimetallum, ut de 2 unciis non niſi 24 grana litharrii poſt horam relinquantur (utrumque contra Cl. POTT experientiam); requiri tamen ad vaporum illorum aſcenſum aeris liberum acceſſum, et hinc in vaſis clauſis aut nihil aut parum in flores ſublimari; flores bismuthi, ſine addito paratos, fixos eſſe, ſed non arſenicales; flores ex plumbo ſine addito eadem methodo natos, et colore luteo ad flores biſmuthi accedere, niſi quod illorum color ſit dilutior, et pariter fixos eſſe, ſed aliquid arſenici in ſe continere; denique biſmuthi maſſam omnem in fumos converti et per auras diſſipari poſſe, aeque ac plumbum.

p. 313. 17) *Diſquiſitiones de theoria mercurii*, *Auctore* Cl. DE THURY.

p. 323. 18) *De tranſitu ſanguinis per hepar foetus humani. Prima commentatio. Auctore* Cl. BERTIN. Recenſitis veterum ac recentiorum de ſtructura hepatis in foetu humano et de tranſitu ſanguinis per illud variis ſententiis, duas praecipue notat Vir Cl. opiniones, quae hodie omnium fere conſenſu receptae ſunt, ſcilicet omnem ſanguinem, quem vena umbilicalis vehat, effundi in ſinum venae portae, atque inde ſecundum quosdam partem eius recta per canalem venoſum in venam cavam fluere, partem, cum ſanguine venae portae confuſam, per ſubſtantiam hepatis diffundi, ſecundum alios autem omnem ſanguinem venae umbilicalis in ſinu venae portae miſceri cum ſanguine venae portae, atque mixti huius ſanguinis partem ad canalem venoſam deferri, a vena cava recipien-

cipiendam, partem reliquam per ramos ſinus venae portae in ſubſtantia hepatis diſtributam penetrare ad ramificationem venarum hepaticarum, et per eas in truncos harum venarum, tandemque per hos ad venam cauam venire. Sed has opiniones Cl. BERTIN et diſtributioni venae umbilicalis, quam FABRICIVS AB AQUAPENDENTE iam optime cognouit ac deſcripſit, et legibus, quas fluidorum motus obſeruat, contrarias deprehendit. Verum ergo ſanguinis in foetus humani hepate motum a falſis anatomicorum et phyſiologorum commentis vindicaturus, ſuſcipit in hac et ſequentibus commentationibus demonſtrare, 1) in foetu hominis venam portae ſinum formae nullum, neque ramum ſiniſtrum habere, ſed ſoli lobo dextro hepatis ramos praebere; 2) ſiniſtrum autem lobum totum, una cum parte haud exigua dextri, venas ſuas a vena umbilicali accipere; 3) ſanguinem venae portae in foetu a laeua verſus dextram, non a dextra verſus ſiniſtram, dirigi; ideoque ſanguinem venae umbilicalis ſeſe immiſcere ſanguini a trunco venae portae allato, non, ut vulgo creditur, hunc ſanguinem ad illum deferri; 4) ſimulac naſcatur homo, fluxum ſanguinis in hepate ſubito contrariam nanciſci directionem, et, ceſſante ſanguinis per venam umbilicalem fluxu, eum, quem vena portae aduehat, omnibus ramis venae umbilicalis, per hepar diſperſis, potiri. Quod propoſitum exſecuturus, initium facit ab accurata deſcriptione capitis venae umbilicalis, ſeu eius partis, qua ſe haec vena hepati immergit, cui deſcriptionem venae portae ſubiungit. Vtriuſque venae deſcriptionem icone adiecta illuſtrat. Quum autem ſine icone iſta deſcriptiones harum venarum vix intelligi poſſint; nos hoc loco tantum enotabimus praecipua conſectaria, quae Auctor ex illis deſcriptionibus deducit: canalem venoſum cum omnibus ramis venoſis, in ſciſſura tranſuerſali et in medio ſciſſurae longitudinalis hepatis foetus obuiis, procedere

p. 330.

p. 345. cedere a ſola vena umbilicali: ramum vulgo ſic dictum dextrum ſinus venae portae eſſe confluentem venae umbilicalis et venae portae, et quem ſiniſtrum dicunt ramum illius ſinus, verum eſſe ramum venae umbilicalis: canalem venoſum cum vena portae nihil habere commune: magnum illum truncum venoſum, conſtanter in ſciſſura transuerſali hepatis foetus conſtitutum, eſſe venam umbilicalem, et pro parte ramum venae portae perperam haberi: venas ſingulares illa ſciſſura transuerſali obuias, et in ſubſtantiam hepatis penetrantes, cum vena portae coniunctionem habere nullam, neque ex ea oriri: venam venae portae lobo tantum dextro vaſa ſua ſanguifera largiri, neque ſolam, ſed in coniunctione cum ramo dextro venae umbilicalis, adeo ut numeri omnium vaſorum ſanguiferorum in hepate quarta duntaxat parte inter venae portae originem ſuam debere cenſenda ſint.

p. 366. 19) *Obſeruatio eclipſis veneris a luna, a Cl. Hallmano in Obſeruatorio habita a Cl. DE TREMBLEY.*

p. 369. 20) Cl. DE TREMBLEY *Commentarius de variis naturalibus corporibus e Muſeo Sereniſſimi Ducis Mutinenſis depromtis.* Corpora, de quibus hic agitur, ſunt partim foſſilia, partim animalia. Inter foſſilia, quae maximam partem ex Aſia et Africa venerunt, hic deſcribuntur ſtalactites ex montibus *Hottentotorum*, ſtalactites montana ex inſula *Madagaſcar*, variae ſpecies ſchiſti et *Cochinchina* et regione *Capitis bonae ſpei*, quarum, lapides talcoſi et granitae ex eadem regione, nec non ex Braſiliae prouincia, quae *Ianeira* vocatur, tandemque lapides Vulcanii ex inſula *Bourbonia*, ſulphur, ad *Caput bonae ſpei* inuentum, pyritae Cochinchinenſes, et minerae ferri globoſae ex inſula *Madagaſcar*. De animalibus Cl. Auctor in poſterum agere pollicetur.

21) Cl.

21) Cl. LE GENTIL *Obseruatio eclipseos veneris solem, habita in obseruatorio d. 27 Iulii mane.* p. 401.

22) *Historia vermis-leonis. Auctore* Cl. DE REAVMVR. In historia academiae regiae ad annum 1706 mentio facta est vermis, qui arenae vel terrae pulverulentae cumulum excauat in figuram infundibuli, et in fundo delitescit, insectis non nullis insidias struens. Huic vermi ibi datum est nomen *formicae-vulpis*, ut ab alio, qui formica-leo vocatur, distingueretur. Sed illustris Auctor huius commentationis conuenientius iudicauit nomen *vermis-leonis*, ipsumque animalculum dignum, cuius natura et mores exactius et plenius describerentur. Vermis hic est eorum genere, qui pedibus carent, et in muscas, duabus tantum alis instructas, transformantur. p. 402.

23) Cl. PINGRE *Obseruatio transitus mercurii per solem d. 6 Maii mane.* p. 420.

24) Cl. NOLLET *Comparatio inter maxime celebria phaenomena electricitatis eum in finem instituta, ut appareat, ex paucis horum phaenomenorum reddi posse ratiocinium omnium, quae hactenus innotuerunt.* In hac commentatione, cuius continuationem Cl. Auctor promittit, expenduntur quaedam Cl. FRANKLIN experimenta, quae in Europa quoque cum magna hominum admiratione excepta sunt. Sed quanquam Cl. NOLLET ea experimenta ingeniose et subtiliter excogitata esse concedit, attamen negat ea adeo noua esse, ut ex aliis iam cognitis explicari nequeant, aut aliquid nondum cognitum nos edoceant. Et *primo* quidem experimentum, quod titulo *effigiei magicae* insignitur, non esse docet, nisi variationem experi- p. 429.

* Lecta in conuentu publico post festum paschatis.

experimenti *Muſſchenbroekiani*, etiam anno 1747 a Cl. IALLABERT ſimilia experimenta cum tubis vitreis capta eſſe. Praeterea negat, FRANKLIN ex ſuis experimentis recte collegiſſe, quod vitrum
p. 434. fluido electrico impermeabile ſit. Contrariam ſententiam euinci arbitratur hoc experimento. Cylindrum cauum vitreum, qui diametrum quatuor altitudinem decem pollicum habebat, et collo inſtructus erat, impoſuit orbi antliae pneumaticae, poſtquam in collo illius cylindri glutine aerem excludente firmauerat ampullam minorem vitream, quali pharmacopolae ad liquida medicamenta exhibenda utuntur, ita ut venter ampullae in collo cylindri contineretur, et orificium ampullae cum orificio colli cylindri in eodem plano eſſet, venter autem ampullae ſuperficiem interiorem cylindri nullibi tangeret. Deinde tantum aquae infudit in ampullam, ut quarta eius pars vacua maneret, obturauitque eam ſubere, per quod filum metallicum traiecerat, aerem ex cylindro extraxit, et virgam ferream, cui filum illud metallicum applicauerat, electricam reddidit. Quo facto, lumen et ampulla et cauitas cylindri lumine implete eſſe, non uniformiter diffuſo, ſed per diuerſa ampullae puncta, quaſi per cribrum, transmiſſo, quod diuerſos conos lucidos formauit, baſes in ſuperficie ampullae habentes; vertices horum conorum internam ſuperficiem cylindri attingentes diffluxerunt tanquam in riuulos, qui verſus fundum cylindri in ſuperficie interna eius manarunt; et quum manu cylindrum prope collum eius impoſita, altera manu conductorem attingeret, ſenſit ſucceſſionem electricam ſatis magnam. Sicut autem Cl. NOLLET experimentum *Muſſchenbroekianum* longe aliter quam Cl. FRANKLIN explicat, ita et in experimento illo non oppugnat communicatione inter externam et internam ſuperficiem lagenae vitreae, contra FRANKLIN nouo experimento demonſtrare annititur. *Secundo* virtutem corporum

porum acuminatorum attrahendi electricam materiem dudum ante *Philadelphica* experimenta cognitam fuisse monet Cl. NOLLET; attamen idem fatetur, hoc novi in hac re ingeniosum FRANKLIN vidisse, quod clauus ex altera parte acuminatus, ex altera obtusus vel rotundo capite instructus, non eadem phaenomena ostendat, siue caput, siue cuspis ad conductorem adducatur. Sub finem denique huius Commentationis duo monet, quae ob magnam utilitatem inde in eos, qui electricitatis experimentis operam dant, redundaturam silentio praeterire non possumus. Alterum est, nunquam globum, per quem vis electrica excitanda est, tuto manu fricari, nisi postquam aliquamdiu puluillo fictus sit: alterum, ut caueatur damnum quod in experimento *Muſſchenbroekiano*, si fortior adsit electricitas, imminet obseruatori scintillas elicienti, quas nemo euitare, vel aliquot folia chartae complicata perforare, cet. utendum filo ferreo (calami scriptorii crassitiem habente) incuruato, quod in medio manu comprehensum sic teneatur, ut alterum extremum conductori, alterum corpori perforando proximum sit; scintillis enim hoc modo elicitis, obseruatorem vix vllam commotionem sensurum esse.

25) Cl. LE ROY *Commentarius de electricitate, in* p. 447. *quo per seriem experimentorum ostenditur, duas dari species electricitatis, quarum altera ex condensatione fluidi electrici, altera ex eius rarefactione oriatur, et utriusque speciem sua peculiaria habere phaenomena, quibus ab altera perfecte distinguatur.** Cl. Auctor, quamquam cum FRANKLIN in theoria electricitatis sentit, tamen verbis uti aptioribus, atque id, quod hic electricitatem *positiuam* dicit, electricitatem *per condensationem*, id vero, quod huic electricitas *negatiua* est.

* Lectus d. 14 Nouemb. 1753.

eſt, electricitatem *per rarefactionem* appellare mauult. Antequam autem experimenta enarrat, quibus ſententiam ſuam de duplici genere electricitatis confirmari putat, inſtrumentum deſcribit, cuius ope ex diſtantia, ad quam ſcintillae ex corpore electrico eliciuntur, certum de fortiori vel debiliori electricitate iudicium ferri poteſt; modumque exponit, machinam electricam ſic collocandi, ut illi nullum fluidi electrici cum corporibus circumſtantibus commercium eſſe queat. Via, quam incedit in demonſtratione theſeos ſuae, haec eſt, ut ex hypotheſi, fluidum electricum eſſe fluidum elaſticum, in corpore per ſe non electricis, neque electrificatis corporibus praeſens, eiusdemque in ſingulis denſitatis, electricitatem tunc manifeſtam fieri, quum in aliquod horum corporum fluidum illud vel denſius vel rarius datur, quam in ſtatu naturali eſſe ſoleat, ut, inquam, ex hac hypotheſi ratiocinando deducat conſectaria, eaque vere locum habere per experimenta comprobet. Inter haec experimenta praecipua nobis videntur, quod omni commercio fluidi electrici inter machinam electricam et corpora circumiacentia intercluſo, nulla electricitas effici poſſit, ſi conductor cum puluillo, globum fricante, per interpoſitum corpus non electricum iungatur; quod, ſi duorum bacillorum ferreorum cuſpidatorum, fulcro vitreo ſic, ut cuſpides a ſe mutuo parum diſtent, impoſitorum, alter cum conductore, alter cum machina paullo ante memorata ope filorum orichalcorum coniungatur, in illius cuſpide conus luminoſus, in huius autem cuſpide punctum duntaxat igneum conſtanter conſpiciatur, ſi conclaue obſcurum, et electricitas notabilis excitata ſit; et quod, ſi globus eiusdem machinae electricae fricetur charta inaurata, ſuper fundum infundibuli vitrei, quod manu teneatur, expoſito conductori electricitas, quam aliquot ſcintillis ex eo elicitis perdiderit, ſtatim reddi poſſit, inſerendo

in

in collum infundibuli ferrum acuminatum, prodeunte simul ex ferri huius cuspide cono lucido duorum fere pollicum. Quod autem punctum igneum in cuspide ferri acuminati, quae in vicinia corporis electrificati teneatur, sit signum fluidi electrici ex hoc corpore in cuspidem ferri transeuntis. Cl. Auctor colligit ex hoc experimento: filum ferreum cuspidatum inclusit tribus tubis vitreis, ita, ut cuspis tantum valde parum e vitro promineret, deinde cuspidem illam in fulcro vitreo in distantia unius pedis a conductore collocauit, atque obseruauit, multum electricitatis in conductore destrui, simulac punctum igneum in cuspide oriretur, ipsumque filum valde electricum reddi, adeo ut digito alteri fili extremitati admoto, conus lucidus ex ea exiret; sin autem cuspidem inter et conductorem lamina ferrea vix pollicem lata teneretur, electricitatem fili fere omnem euanescere.

26) *Discussio duarum quaestionum de electricitate* etc. Auctore Cl. Abbate NOLLET.* Hic commentarius tanquam continuatio eius, quem Cl. NOLLET in publico consessu Academiae praelegerat, exhibetur. Duarum quaestionum, quas sibi discutiendas sumsit Vir Cl. altera est, an duo genera electricitatis, positiua et negatiua, admittenda sint, altera, an electricitas vitri essentialiter differat ab electricitate sulphuris et corporum resinosorum. Prior tantum quaestio in hoc commentario tractatur, qui totus refutationi praecedentis commentarii, a Cl. LE ROY lecti, destinatus videtur. Incipit autem Cl. NOLLET a defensione suae sententiae, in motu fluidi electrici circa corpus electrificatum semper duo esse flumina, unum particularum ex corpore illo effluentium, alterum materiae ad illud affluentis; id p. 475.

 quod,

* Lecta d. 12 Nouembris 1755.

quod, qui FRANKLIN ſectantur, negant, affirmantes ex corpore poſitiue electrificato fluidum electr. cum tantum modo effluere, et ad corpus negatiue electricum duntaxat affluere. Nemo dubitabit, quin Auctor hoc loco omnia argumenta congeſſerit, quae maximam vim habeant, ad ſententiam ſuam corroborandam, et aduerſariorum theſin euertendam: ſed illa exponere noſtra recenſendi breuitas non ſinit. Proximum eſt, ut neget probabile vel demonſtratum eſſe, quod fluidum electricum ſit elaſticum, eo ſaltim ſenſu, quo aer elaſticus dicitur, qui ſcilicet magnae compreſſionis et dilatationis capax eſt; nam omnem elaſticitatem fluido electrico denegare nequit, quum illud pro materia lucis et ignis habeat. Porro autem quidem difficilius permeabilem eſſe fluido electrico, quam metalla, corpora animalia, cet. concedit, ſed omnino impermeabilem eſſe negat, ac facile etiam. De vitro eadem intelligas. Deinceps negat, punctum igneum in cuſpide ferri, conductori obuerſa, eſſe ſignum fluidi electrici intrantis cuſpidem: quum primo ferrum obtuſa extremitate praeditum, ſi loco ferri cuſpidati ponatur, flammulam longiorem offendat, quae ex illa extremitate egredi videatur; ſecundo ſi filum ferreum altero extremo infigatur baculo cerae Hiſpanicae, et alterum extremum conductori admoueatur, ut flammula appareat, haec flammula viuidior reddi poſſit, ſi extremum cerae proximum digitis tangendo: et tertio, etiamſi filum ferreum cuſpidatum tubo vitreo (ad modum quem Cl. LE ROY, ut ſupra diximus, excogitauit) veſtigatus impediri tamen non poſſit, quo minus fluidum electricum ad filum illud penetrat per ipſum tubum vitreum. Ad experimentum Cl. LE ROY de flamma e cuſpide fili ferrei prodeunte, ſi haec cuſpis admouetur puluillo machinae electricae nullum fluidi electrici cum circumſtantibus rebus commercium habentis, reſpondet Cl. NOLLET, illud negatiuam electricitatem

tem machinae non euincere, quum obſeruauerit ſimilem flammulam apparentem in cuſpide fili ferrei, ſi eius parua diſtantia a parte globi, quae pulnillo recens affricta eſt, tenetur, licet hanc globi partem negatiua electricitate pollere credendum non ſit. Abſtinebus plutibus ex hoc commentario excerpendis, quum ea fere omnia lectoribus noſtris, harum rerum curioſis, ex Cl. NOLLET epiſtolis de electricitate iam nota fore exiſtimemus.

27) *De aeris dilatatione in atmoſphaera. Auctore* Cl. HOVOVA. Theorema generale, quod dilatationes aeris atmoſphaerici a ſuperficie telluris verſus ſuperiora creſcant, ſicuti termini progreſſionis geometricae, magnis limitationibus opus habet, quas hic Auctor expendit. Sed quum hoc argumentum magis ad matheſin, quam ad phyſicam, pertineat: plura de eo hoc loco dicere alienum foret. p. 515.

28) *Obſeruatio eclipſis ſolis habita Thurgi d. 26 Octobris an.* 1753 a Cl. MARALDI. p. 539.

29) *Deſcriptio anatomica corporis feminini, cuius oſſa emollita fuerant. Auctore* Cl. MORAND. Etſi de raro morbo huius feminae, cuius petri *Queriau*, merito *Suniot* nomen eſt, plures iam ſcripſerunt,* inter quos etiam fuit Cl. Auctoris filius: tamen quum Auctori cadauer huius feminae ſuperiorum iuſſu fuerit permiſſum, ex quo ſceleton confecit, quod Academiae ſcientiarum donauit, deſcriptio, quam ipſe de mira conſtitutione corporis atque oſſium huius feminae hic exhibet, et magis accurata habenda eſt, et maiorem fidem meretur. Singula, quae in capite, in trunco, in extremitatibus ſuperioribus et p. 541.

* Conf. Comment. noſtr. Vol. IV. p. 384. et Vol. V. p. 137.

inferioribus, aliisque non nullis partibus corporis praeternaturaliter conſtituta et conformata, vel dislocata et diſtorta inuenit, diligenter et minutatim deſcripſit, menſuris partium, ubicunque opus fuit, annotatis, et duas icones addidit, quarum altera corpus integrum feminae decumbentis, altera ſceletum
p. 548. eius refert. Extremitates inferiores ſic erant extrorſum in utrumque latus diſtortae et inflexae, ut pedes auribus proximi eſſent, ac feminae in alterum latus ſemiſupine iacenti planta pedis pro puluinari eſſet, cui caput incumberet. Muſculorum quidam, ut vaſtus externus, faſcia lata, et gracilis anticus, breuiores, denſiores et craſſiores erant, quam in ſtatu naturali, antagoniſtae autem eorum, biceps, ſemineruoſus, ſemimembranoſus cet. valde tenues, et praeter modum extenſi erant, adeo ut facile diſcerpi poſſent. De viſceribus hoc notabimus, duram matrem cum cranio confuſam, falcem, ſolito ſpiſſiorem, in dextrum latus inclinatam, et hinc hemiſphaerium cerebri dextrum maius ſiniſtro, ſanguinem extrauaſatum in ventriculis, plexum choroidem varicoſum, in corde et vaſis maioribus concretiones polypoſas a terrimi ſanguinis fuiſſe. Cauſſam huius morbi Cl. MORAND coniicit fuiſſe, aut quod ſucus terreſtris cretaceus, quem ſanguis ſecum vehat, formationi et nutritioni oſſium deſtinatum, non in oſſa depoſitus, ſed ad renes deriuatus, et cum urina excretus ſit, quippe in qua per totum morbum ſemper magna copia ſedimenti albi, terreſtris, cretacei inuenta eſt, aut quod fluida corporis acido quodam abundauerint, quod fibras oſſeas emolliuerit, et ex parte diſſoluerit.

p. 552. 30) Cl. DV HAMEL *Obſeruationes botanico-meteorologicae ad annum* 1752.

p. 582. 31) *Obſeruatio coniunctionis ſtellae β capricorni cum luna, habita a Cl.* LE GENTIL.

32) *Ob-*

32) *Obſeruationes occultationis ſtellae ε tauri, et ueteris, poſt lunam, anno 1753 in obſeruatorio regio habitae a* Cl. MARALDI. p. 586.

33) *Parallelismus fluuiorum in quatuor telluris partibus, inſeruiens determinandis altitudinibus montium in globo phyſico terreſtri, qui in faſtigio aedis Luxemburgicae fabricatur. Auctore* Cl. BVACHE.

34) Cl. MONTET *ſecundus commentarius de aeruginis.* p. 591. In hoc commentario Auctor Cl. multa exhibet, explicationi vel emendationi eorum, quae in primo commentario de hoc argumento tradiderat, inſeruientia. Deinceps fuſius exponit de qualitate ac fermentatione vini, ad bonam aeruginem parandam neceſſaria, et de cauſſis magnae varietatis in illa fermentatione obuiae. Sed iam olim * nos hac de re tota tam multa dixiſſe meminimus, ut plura addere non opus videatur.

* vid. Comment. noſtr. Vol. IV. p. 596.

VIII.

Hiſtoria naturalis ranarum noſtratium, in qua omnes earum proprietates, praeſertim, quae ad generationem ipſarum pertinent, fuſius narrantur. Cum praefatione Ill. viri ALBERTI von HALLER, Societ. Reg. Scientiar. Göttingenſ. Praeſidis. Edidit accuratisque iconibus ornauit AVGVSTVS IOANNES ROESEL von ROSENHOF. Norimbergae, typis Ioan. Ioſeph. Fleiſchmanni, 1758. in form. regali, 1 alph. 10 pl. tab. aen. XXXVIII. linear. XXIV. coloribus viuis pict. XXV.

Die natürliche Hiſtorie der Fröſche hieſigen Landes, worinnen alle Eigenſchaften derſelben, ſonderlich aber ihre Fortpflanzung umſtaendlich beſchrieben wird etc.

Sic inſcribitur egregius hic de ranis et buforibus liber, qui nunc integer et abſolutus prodit, et de cuius prioribus plagulis ſuperius * indicium fecimus. Et deſcriptiones et delineationes hae reliquae itidem colore ad viuum illuſtratae prioribus, ſi, vel ad rei naturam delineandam vel ad pingendi artem reſpicias, plane non cedunt. Accedit huic operi praefatio ab Ill. DE HALLER, in qua, veluti patriae ſuae amans de fama per Cl. huius operis Auctorem adepta Germaniae iterum iterumque gratulatur, Auctorique Noſtri meritis digne praedicat. Addamus nunc ea, quae poſt id temporis, quo priores plagulas recenſuimus, in lucem venerunt.

p. 53. *Sectio tertia* in quatuor tabulis hiſtoriam *ranae viridis aquaticae* et quidem in *capite primo* illius *proprietates*,

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. I. p. 85 ſeqq.

pictatus, *coitum* et *generationem* exhibet. Rana haec nomen a colore et a loco, in quo plerumque habitat, accepit; alio in *Saxonia* ob singularem, quem edere solet, clamorem vocatur nomine *Mark*- vel *Quarkgeger*. Color huius ranae, licet mutabilis, profunde tamen plerumque viridis, maculis hinc inde nigris, nec non lutea linea per medium dorsum a capite ad extremum usque corpus excurrente, similique ab utroque latere, dorsi quasi fines describente conspicienda, distinctus est. Praeter hunc colorem et clamorem, quo ab aliis ranarum speciebus nostra rana distinguitur, alia quoque, qua cum nulla alia specie convenit, nota est in capite, quippe quod non solum procerius et longius, sed et anterius magis acuminatum deprehenditur. Masculi a foemellis discernuntur duabus illis, quas clamantes ad oris latera ex angulis ipsius propellunt, vesicis et cute aspera furvaque non nigra, ut in rana fusca terrestri, post coitum celebratum evanescente. In quibus autem hi characteres deficiunt, et in quarum superficie corporis inferiori multae apparent maculae cinereae, foemellae sunt. Magnitudine, auditu et visu omnes reliquas, excepta quadam bufonum specie, superat rana haec, quae limum in piscina, hiberniculum suum, vix ante Aprilis mensem deserit, nec prius, mense Iunii, coitum exercet. Nutritur non plantis, sed variis insectis et cum admodum vorax deprehendatur, illa non nunquam passeres iuniores, mures lacertasque aquaticas invasit devoravitque. Ratio, qua masculus cum foemella coire solet, eadem est, ac in rana fusca terrestri, sola tamen differentia, quod masculus, ova dum foemella excludit, semine suo multis vicibus conspergendo ea foecundet, (quod ipsi Cl. Auctori domi suae videre contigit,) et quod masculus huius speciei, licet vesiculis seminalibus minoribus praeditus sit, et foemellae maiorem ovorum pariant copiam, rana terrestri fusca, duarum tamen

triumue

triumue foemellarum ouis impraegnandis par[illegible] niatur. Oua harum ranarum, quae colorem magis pallide flauum quam fuſcum habent, et, quae ouis narum terreſtrium et arborearum multo ſunt minora, ſimulac excluſa ſunt, aquarum fundum petunt, [illegible] non, ut alia, in illis aſcenſura. Satis copioſe Cl. Auctor nunc deſcribit ouorum horum mutationem in dies ab ipſo obſeruatam, ex hac annotemus, ova primo tine flaueſcente cincta in dies mole increuiſſe, ut ipſum gluten; poſt quinque dies in ſphaera primi aliam ortam fuiſſe ſphaerulam, quae utrum vacua re aliqua plena fuerit, Cl. Auctorem ignorare, hac ſphaerula deinde ſenſim ſenſimque, variis mutationibus praegreſſis, euaſiſſe vermiculos, qui ex ſphaeris illis egreſſi et, glutine ab ipſis conſumto, in aqua natantes alium quaerebant victum, quem primum in oblatis lenticulis paluſtribus, quibus continuo adhaerebant, deinde ex lactuca, cibo ipſis valde grato reperunt. Gyrini hi, licet ab initio tam celere capiant incrementum, quo tamen ad ſolitam ipſis magnitudinem increſcant et in veras mutentur ranas, longius requirunt tempus, quam ii praecedentium ſpecierum: gyrini enim ranae terreſtris a vigeſimo primo Martii menſis ad duodetriceſimum uſque Iunii diem, in ranae arboreae, ab Aprilis fine ad uſque ſecundum diem Auguſti, hi autem a duodecimo Iunii ad Nouembris initium uſque increuerunt, atque adeo gyrini ſpecierum illarum tempus trium, et quod ſuperſit, ii vero huius ſpeciei quinque menſium creſcendo conſumſerunt.

p. 61. *Caput alterum* exponit deſcriptionem internarum partium huius ranae. Miſſis iis, quae haec rana cum iis praecedentium ſpecierum communia habet, et quae absque icone vix intelligi poſſunt, ſequentia indicamus. Minus rubet cor in hac ſpecie, quam in ſuperius deſcriptis et motus eius in ipſo corpore diſſecto eſt diuturnior. Hepar huic ſpeciei fuſci ex rubro

rubro coloris admodum magnum est, magnusque ventriculus, cuius motum peristalticum etiam in illo ex corpore euulso per horam durare vidit Cl. Auctor. Praeter testiculum, appendices luteas et vesicam urinariam depingit vesiculas seminales his ranis, dicet hae, quod minum, multarum foemellarum ouis foecundandis haud impares sint, admodum paruas et in papillam in intestino recto hiantem, quam penem vocandam esse Cl. Auctor putat, desinentes, quae autem post coitus tempus collabuntur et quasi euanescunt. Fellea vesicula masculorum ratione lienis valde magna, foemellarum vero hic maior illa. Sub finem huius sectionis Cl. Auctor sententias Cl. GAVARDA, quas dum de ranarum structura, cum de illarum generatione se inuenisse gloriatur, explodit, et haud absque ratione naturae contrarias esse ostendit.

Historia ranarum nunc ad finem perducta, bufones in medium ducuntur, et quidem in *sectione quarta bufo aquaticus allium vetulens maculis fuscis* examinandi. Metem suum consuetum et hic, et in sequentibus sectionibus retinet Cl. Auctor, ita, ut in *capite primo bufonis habitum externum* et *alias proprietates*, in *capite altero structuram internam* disquirat. Germanicum nomen *Kröte* derivat ab antiquo vocabulo *kruppen*, qua in re ideo ab iis differt, qui a gallico vocabulo *Gratta* nomen desumsunt. Magna intercedit bufones inter et ranas differentia: hae ob longiora crura posteriora per saltum cito a loco ad locum mouentur, cum illi brevioribus cruribus posterioribus saltatu tantum incedant et vix saltu se promouere possunt; deinde hae aspectu sunt amoeniores, illi magis tetri; illis etiam magis, quam his solenne est, ut lotium, homine quodam appropinquante, a se eiaculent; illi etiam potius noctu, quam diu victum quaerunt habitaculaque sua deserunt. Diuiduntur bufones in terrestres et aquaticos; illi inhabitant loca

p. 69.

sub

ſub ruderibus effoſſa, hi vero uliginoſa; illi et hieme loca ſua non deſerunt, hi autem in fluminum limum et terram udam ſeſe immergunt. Inimici bufonum ſunt miluus cauda hirundinina, ciconia et anas niger. Odor, a quo ſpecies haec nomen accepit et quem bufo hic ex ſe ſpargit, ſit ille in aqua vel in terra, illi lio ſimilis eſt, qui, agitato et vexato bufone, tam grauis et penetrans ſit, ut lacrymas ex oculis eliciat. In diſſectione bufonum horum odor hic memorabilis nec ullum percepit Cl. Auctor. Menſibus Martio Aprili coitum celebrare quaque parere ſolent. Inter magnitudinem, qua foemella praeſtat, maſculum et colorem vix eſt differentia foemellam inter et maſculum, eum et in hoc caro illa nigra in pollicibus pedum anteriorum ranarum obſeruanda deficiat. Color fuſcus ob maculas, quibus aliae quandam foetidum rantii miniaceique coloris interſperſae ſunt, hic dilutior, illic ſaturatior deprehenditur, ita, ut ſuperficies chartam, in qua inſulae varii magnitudinis pictae ſunt, referat geographicam et ut difficile dictu, uter color haphe dicendus. Bufo hic etiam ab aliis ſpeciebus eo, quod unguem ſpuriu quaſi corneum in pedibus poſterioribus ſubter gerat, et quod oculorum eius pupilla contracta transuerſa, ſed ad perpendiculum fiſſa eſſe videtur. Clamor huius ſpeciei haud gratus eſt: grunnit enim et coaxat maſculus, foemella vero ſuum ad modum tantum grunnit. In coitu maſculus non, ut in plurimis cedentibus ranarum ſpeciebus, pectus foemellae ſed lumbos ad crura poſteriora tantum amplectitur. Dum nunc foemella ſe ad ova parienda accingit, maſculus corpus ſuum valde contrahit, quo crura poſteriora in deſcripto amplexu longe a cruribus foemellae poſterioribus diſtantia, et anum ſuum magis orificium, quo ſperma exiturum eſt, appropinquet. Interdum retracta crura ova a foemella edita quaſi retinet, quae dum femina ſuo intorquerit, quo facto ova emittit

mitti et crura sua iterum extendit. Hoc eo facilius fieri potest, cum foemella ova sua non uno temporis momento omnia, sed per intervalla prodat. In ipso autem conspergendo ad canum coeuntium morem se gestat masculus. Sperma vero tam diu pendet ex foemellae intestini instar, pellucido muco nigris granis repleti, quam diu partus, qui ad sex, vel et plures horas protrahitur, durat. Gyrinorum in ovis his oriundorum evolutio et incrementi historia a Cl. Auctore descripta ita comparata est, ut plane non se contrahi patiatur. Evolutio, incrementum et mutatio in veros bufones durat a duodecima fere mensis Aprilis ad vicesimum octavum usque Iulii. Gyrini hi, adhuc dum pedibus destituti sunt, perfectum piscis formam habent, et tantae sunt magnitudinis, ut paupera rustica gens istos pisces credat comedatque. Statim vero ac cauda tenellis bufonibus decreverit, in aqua diutius continueri vix patiuntur, retenti in illa moriuntur. Odor quoque nunc, antea nullus, in illis exsurgit.

Caput alterum continet anatomicam gyrinorum et bufonis huius speciei descriptionem in qua, praeter ea, quae intacta relinquere cogimur, tangimus, ea non solum bufonum sed etiam ranarum gyrinis, tabulam AMMENDAM, branchias ad aetatem in aqua degendum necessarias. In adultiori varia invenit Cl. Auctor momenta, quibus haec bufonum species ab aliis secerni possit, inter quae hoc praecipuum videtur, quod canalis tenuis in utriusque renis dorso ad intestinum rectum progrediens, illudque perforans vasculorum vices gerat spermaticarum. p. 80.

In *sectione quinta bufonis terrestris dorso tuberculis* p. 85.
asperato oculis rubris et *capite* quidem *primo* illius *generationis reliquarumque proprietatum* traditur historia. Haec bufonis species nostris in regionibus notissima nomen accepit a loco, in quo ut plurimum reperi-

reperitur, a puſtulis et tuberculis, quae in dorſo habet atque a colore oculorum ad diſtinguendam ab hac aliam bufonis terreſtris ſpeciem, cuius oculi pallide flauent. Natura his bufonibus corpus valde ignauum, curtum arctumque largita eſt. Caput obtuſum ſupra maiores oculorum globos duo tubera, pone illos duo alia eaque maiora craſſioraque poſſidet habet, quae variis perforata ſunt poris. Crura antica ora quaternis, poſteriora quinis ſunt inſtructa digitis. Color ſuperficiei ſuperioris ipſis vix conſtare tribui poteſt, quippe qui nunc oliuae inſtar viret, nunc nigreſcit, nunc cinereus, nunc ex rubro vel flauo in fuſcum abit: inferior ſuperficies vero vel pallide vel ex albo in cinereum vergit. Oculorum rutilorum iris libere aperta circulum, contracta autem ſciſſuram horizonti parallelam deſcribit. Maſculi a foemellis differunt colore ſuperficiei inferioris, quae in foemellis multis ſaturatioribus maculis inſignita, in maſculis vero unicolor magis pallidiorque eſt; differunt etiam cruribus anticis, quae craſſiora et in pollice digitoque proximo non nulla cutis nigrae poſitum euanidae ſigna oſtendunt. Cauea ſuas, quas ſibi ipſi effodiunt, vix ante ſolis occaſum egrediuntur et noctu victum ſuum inſectis captandis quaerunt. In cellis etiam atque ſtabulis hic bufo interdum reperitur, quod Cl. Auctorem, ut credit, commouit, eſſe hanc ſpeciem illam ab aliis vocatam *bufonem*. Venenum, quo bufones hi a vulgo accuſantur, in dubium vocat Cl. Auctor. In coitu, qui menſe Martio et Aprili pro tempeſtatis clementia nunc citius, nunc tardius, indulgent, amplectitur quidem cruribus anterioribus maſculus foemellam, ſed brachia non porrigit ad pectus uſque foemellae, digitos in alas tantum inſerit quaſi, ſimulque grunnit, ululatque ad carmina ululantium morem. Quo ipſorum ouorum partum et illorum a maſculo factam foecundationem diſtinctius videret, multam Cl. Auctor adhibuit

bibuit operam, qua tandem didicit: poſt octo dies et poſt praegreſſam inquietudinem motumque in abdomine foemellae inſignem, eandem extenſis cruribus poſterioribus edere oua ſua; quo temporis momento et maſculum corpus ſuum extendere, ut ani ſui apertura ano foemellae e directo reſponderet; crura poſteriora tremula contrahere, et poſtremum ſui corporis laſciuientis inequitantis alteri, canis ad inſtar, motitare, cruribus poſterioribus edita una vice oua in globum colligere, quo eo facilius omnia, certe plura, ſemine ſuo irrorare poſſet, quod ceu liquorem turbidum ex diducto ano illum effundere vidit Cl. Auctor, quo facto, inter maſculi femora ita oua emergere, ut ex ano veluti propelli viderentur, poſt aliquam remoram pauliſper maſculum crura ſua poſteriora a ſe inuicem dimouere, et oua hac vice a foemella emiſſa et a maſculo foecundata, duas ex nigris paruisque coralliis compoſitas et ad craſſitiem inferioris partis culmi accedentes lineas repraeſentantia in conſpectum prodire. Corallia haec dicta gluten tenax et pellucidum coniungit et, ne a ſe inuicem diffluant, efficit, nec linea iſta ſeiungitur a foemella lineas has poſt ſe trahente prius, quam omnia edita ſint oua, quod tempore duorum, trium pluriumque horarum termino fieri ſolet. Oua non ſingula ſuo circumdantur glutine, ſed omnia in filo illo glutinoſo tenaci haerent, non tamen ſine ordine, quippe duas alternatim efformant ſeries. Oua foecundata in dies mole auguntur, non foecundata etiam aucta diffluunt, et motum in aqua putredinoſum excitant noxio et interitu reliquorum gyrinorum, quod et iis praecedentium ranarum ſpecierum contigit. Tenellis bufonibus non diu habitaculum aquoſum gratum eſt, ſed ſtatim, ac quatuor adepti ſint crura, aquam deſerere ſtudent, et prope lacus paludesque eſſe malunt. Ab undecimo menſis Aprilis die ouula ſeſe mutant, et gyrini in bufonum mino-

rum formam increſcunt ad viceſimum uſque diem menſis Iunii, nec ſuo generi propagando ante quartum aetatis ſuae annum ſufficiunt.

p. 95. Ex *capite altero* haec liceat nobis indicare. Ouarium foemellae ex hac bufonum ſpecie maximum eſt, maximumque abdominis implet ſpatium atque duabus conſtat ex partibus, quarum quaelibet aliquot centena in ſe recludit oua. Vterus huius foemellae plane aliter eſt comparatus ac reliquarum et bufonum et ranarum; duorum ſcilicet refert cornuum formam, quae forte ratio, cur hae foemellae oua ſua duorum filamentorum forma pariant. In maſculo veſica ad modum ampla, adeoque pro magna urinae colligendae copia et in ſui defenſionem conſeruanda apta in duas diuitur partes aequales. Veſiculae ſeminales et in hoc conſtant unico tantum ex canali ter inflexo. Habitus externus ſceleton etiam ab aliis aliquo modo differre oſtendit.

p. 97. *Sectio ſexta* comprehendit *bufonis ignei* hiſtoriam. Bufoni huic quatuor a Cl. Auctore deſcriptorum minimo, nomen a maculis rutilis illis et viuide aurantiis, intermiſtis aliis coeruleis atro cinctis in inferiori corporis ſuperficie conſpiciendis, conſentiente LINNAEO, fuit inditum. Vocatur etiam *Rubeta*. Bufo aquaticus eſt, quod crura poſteriora, quae membrana illa inter digitos extenſa et natando inſeruientia ſunt inſtructa, teſtantur. Ad modum timidus eſt ſemperque hominis adſpectum fugit, ita, ut et ex aqua raro totum caput, plerumque tantum nares et oculos porrigat et mox, appropinquante quacunque re, ſe protinus in fundum praecipitet. Sonum quidem edit maſculus huius ſpeciei, ſed ſurdum et citius ceteratum grunnitum riſum fere exprimentem haud ingratum. Oculi in his minus, quam in reliquis ſpeciebus, a ſe inuicem diſtant, quorum pupilla in obſcuro orbe, in aprico vero contracta triangulum tenui ar-

reoque

reoque limbo circum datum deſcribat, ex quo Cl. Auctor buſonem hunc diurno tantum tempore interram aſcendere concludit. Superficies ſuperior ſpurco et oliuae vel ſaturatiori vel pallidiori colore, ſparſis hinc inde variae magnitudinis tuberculis et puſtulis, tecta eſt; hoc color ſuperficiei inferioris ſuperius deſcriptus amoenior. Agilior haec *Rubeta* celeriorque et ſaltando et natando reliquis deprehenditur. Mirari meretur illius aſtutia, quam Cl. Auctor his verbis depingit: *quod ſi ab aquis*, in quas appropinquante quacunque re mox ſe immergit, *arceatur*, *ad terram ſeſe applicat*, *quo melius lateat minusque cernatur*, *ubi vero eandem turbaueris tetigerisque*, *adeo mira formam ſuam mutat ratione*, *ut credideris*, *beſtiam*, *quam modo oculis vidiſti*, *in aliam prorſus fuiſſe mutatam*; *ita ſcilicet caput*, *quatuorque cum pedibus crura in dorſo aluei inſtar contracta*, *collocat*, *ut ſuperficies potius inferior*, *aurantio*, *quam ſuperior*, *oliuae colore tincta*, *conſpiciatur atque ipſa colorem ſaltem mutaſſe videatur*. *Hanc formam per decem fere momenta ſeruat*, *donec ſe tutam rurſus arbitretur*; *ſi vero eandem denuo turbes*, *ex craſſiore crurum poſterioruum parte ſpumam emittit ſaponato ſimilem nullum tamen fundentem foetorem*. Percepit vero in illa diſſecanda Cl. Auctor in oculis ac naribus rodentem pruritum, qualem, qui coryza laborant, percipere ſolent. Cibus his naturalis ſunt inſecta. Libido coeundi oritur in iis interdum quidem menſe Maio et Aprili, ſed vana et irrita, Iunius enim menſis ipſi a natura coitus eſt conſtitutum tempus. Comprehendit maſculus foemellam, eodem modo, quo ille allium redolens foemellam ſuam ſolet. Conſumtis in amplexu venereo octo diebus, tandem foemella in fundum deſcendit, maſculus corpus ſuum valde contrahit, anumque ſuum appropinquat ad anum foemellae, poſterioremque corporis partem velociſſime ab uno ad alterum mouet latus, foemella nunc parum ſpermatis emittit, maſculus ve- p. 100.

ro immota tenet ſua poſteriora crura. Statim vero, ac maſculus ſemine ſuo ſperma hoc excluſum irroratuit, illud in fundum decidit et ambo poſt aliquas inducias laborem repetunt duodecies pluriesue. Hoc ſperma ſemper in fundo retinetur, nec, niſi raro, ſuperiora verſus tendit. Oua in illo collocata omnibus aliis ſpecierum reliquarum maiora ſunt, licet magnitudine omnes reliqui bufones noſtrum praeant, et ſingula ſuo circumdantur glutine pellucido. Paucis poſt partum horis intumeſcebat hoc, ut Cl. Auctor obſeruauit, nec non ouorum moles, altero die oua globoſam formam mutauerant ita, ut alia impreſſa inglandis putamen, alia pyri formam exprimerent, inter quae haec foecundata, illa vero minus foecundata erant. Gyrini ex his foecundatis ouis nati, ut et ii reliquorum bufonum, id peculiare habent, quod, cum ad modum tenelli ſunt, os eorum papilla quadam ſit praeditum, cuius ope laeui vitro ſe agglutinant et ex qua filum tenax deducunt, ex quo pendent, cuiusque auxilio quaſi repentes ſe promouent. Creſcunt interim gyrini hi et denique, cauda, quae ſingularis eſt huic ſpeciei, abſumta, veram induunt bufonis etſi minoris formam, qui deinde per hiemem ſub aqua in limo atque terra hibernant. Rubeta tertio demum anno generandi facultates acquirit, quis vero vitae illius terminus? Cl. Auctor definire nequit.

p. 104. *Caput alterum partes internas ignei bufonis* enumerat. Hepar his bufonibus ſemper fuſcum, vesica urinaria exigua nec, ut in aliis ranis et bufonibus, in duas partes diuiſa, praeterea ſingularis figurae, quae quippe par cornuum detruncatorum aequae; patet itaque ratio, cur hi bufones fugati nullum poſt ſe eiiciant liquorem. Differunt quidem ſceleton et generationi inſeruientes partes et maſculi et foemellae ab iisdem reliquarum ſpecierum partibus, tam leui vero diſcrimine, ut illud a nemine, qui tabulas de his partibus depictas contemplandi deſtitutur

tur copia, vel breuiter deſcribi vel accurate intelligi poſſe credamus.

Subiungit nunc in *Sectione ſeptima* Cl. Auctor *bu-* p. 107.
fonis terreſtris foetidi et in *capite primo proprietatum eius, coitus et generationis* hiſtoriam. Bufo hic etiam *bufo arundineta habitans* (*der Röhrling,*) in Thuringia *cruciatus*, et in Saxonia *die Hausunke* vocatur. Paratur ex hoc coaceruatim circa feſtum S. Ioannis collecto oleum, quod inunctum articulorum doloribus et nervorum reſolutioni mederi fertur. Impoſuit Cl. Auctor bufoni huic nomen foetidi ideo, quod vexatus ille et irritatus foetorem ſpirat intolerandum odori pyrii pulueris accenſi ſimilem, ſed ingratiorem multo moleſtioremque. Tanta hunc inter et bufonem terreſtrem dorſo tuberculis exaſperato oculis rubris intercedit conuenientia, ut parum abfuerit, quin Cl. Auctor, unam eandemque ſpeciem eſſe credidiſſet, ſed mox, illo attentiori conſiderato oculo, apparuit, lineam illam luteam in dorſo a capite recta via per totum corpus procedentem, oculorum papillam pallidam et ex lucido viridi cineream, breuius contractiusque corpus, curtiora crura, deficientem inter digitos pedum alias expanſam membranam, eius modi eſſe notas, quibus hic ab aliis facillimo negotio diſcerni poſſet et ideo pro vera ſpecie eſſet habenda. Non ſaltat hic bufo, ſed pedibus inſiſtens ad muris inſtar currit; curſum vero ſaepius quieſcens interrumpit et una vice vix ſpatium quatuor quinque pedum poſt ſe reliquit. Superficiei corporis eius ſuperioris haphe ſaturatus oliuarum color eſt variis ad concinniorem poſitis ordinem fuſcis puſtulis aequalis magnitudinis notatus; color vero ſuperficiei inferioris ex lucide cinereo in oliuae non nihil vergit colorem; utramque ſuperficiem ad latus utrumque faſcia quaſi intercedit irregularis varie inflexa et dentata lucide ex rubro flaueſcens aliquot minoribus in-

feriora verſus rubentibus puſtulis inſperſa; pone oculos aliae, pallidiores vero, et ad angulum oris aliae lucide carnei coloris puſtulae coaceruatae obſeruantur. Et hic bufo, ut reliqui omnes, veſcitur inſectis. Diei lumen etiam reformidat, nec, niſi nocturno tempore, habitaculum ſuum in muris diruris petrarumque foraminibus vel elatiora ad loca vel ad tumulos in terra occupatum deſerit, in quo decem quin viginti inueniuntur. Loca haec, quum cum terra non ſemper ſint eodem plano, interdum ad tres pedes elata et ad perpendiculum recta ſunt, ut ideo mirum ſit, qui ad illa bufo peruenire poſſit. Sed fortuito caſu Cl. Auctor non nullos ope apicum digitorum corneae duritiei ſingularisque ſtructurae ſat ſecure, licet lentius, murum rependo ad ſciſſuram habitaculum ſuum vidit aſcendere, ex quo noctu eodem modo iterum deſcendunt. Hunc aſcenſum multum adiuuat pituitoſa, quam puſtulae humectant ſemper, ſuperficies inferior, quae muro applicata, aere inter hanc et murum inde expreſſo et nunc a tergo bufonem tantum ambiente adeoque ad murum apprimente, ſe arctius agglutinat ita, ut ex muro recto pendere poſſit ille. Coitus tempore, quod in Iunium menſem incidit, ingrediuntur aquas ſtagnantes ripis vadoſis nec non herbis et arundinetis circum vallatas, at in iis tamdiu commorantur, quamdiu rei venereae operam nauant. Gaudia ſua coitu percepta clamore, illi arboreae ranae clamore haud abſimili, maſculi produnt, in quo edendo etiam ut rana illa gulam, ut ſaccum aere plenum, inflant, qui dilute coerulei eſt coloris. Amplectitur in coitu maſculus foemellam fere ita, ut bufo terreſtris ſuam fere amplecti ſolet. Ouorum partus unius horae ſpatio abſoluitur. Prodit ſperma in duobus tenuibus filis, quale in bufone terreſtri dorſo tuberculis exaſperato, deſcriptum fuit; oua tamen in his non ſerie duplici, ſed unica tantum in glutine iacent. Nonaginta die-

rum

rum ſpatium, a die ſcilicet quinto menſis Iunii ad initium Octobris, uſque protractum ad euolutionem horum gyrinorum plenariamque in bufones mutationem requiritur. Statim vero, ac cauda defluxerit, diutius aquae ineſſe reſpuunt tenelli et loca ſicca quaerunt.

In *capite altero de internis* bufonis huius *partibus praecipue generationi inſeruientibus* agit. Bufonem anatomice diſquiſiturus et illum viuum ad id negotii componens Cl. Auctor ex huius corporis ſuperficie albentem ſpumentemque humorem prorupiſſe vidit, quo prorupto mox intolerabilis foetor ortus fuit odore pyrii puluerís accenſi, nec non illo, quem tubuli non nulli fictiles recentes, quibus tabaci fumum ſugimus, olere ſolent, grauior moleſtiorque, parum alienus ab illo, qui ex auripigmento per trituram calente oritur. Tanta vi humorem hunc ex ſe ſpargunt, ut Noſtro Auctori quatuor pedes a quodam remoto non nullae guttulae in manus ceciderint. Odor illius difficillime diſſipatur nam per duos integros menſes loca in qua aliae guttulae defluxerant, tam grauiter foetere non ceſſarunt. Cauſam et originem huius rei, dum Cl. Auctor inueſtigauit, cute detracta in alis et circa inguina ex pallido flaueſcentem inuenit glandulam, qua omnes reliquarum ſpecierum bufones deſtituuntur, et quae tenuem canalem in alios graciliores diuiſum, qui forte huius humoris ſcaturiginem efficiunt, habebat. Glandulae hae diſſectae nihil exhibebant humoris nec foetoris, nihilo tamen minus has glandulas organa huic humori ſecernendo dicata eſſe credat Cl. Auctor. Vtrum vero humor ille venenum ſit, nec ne? ambigit. Reliqua diſcrimina in diſſectione obſeruata non tanti nobis videntur momenti, ut curatius illa adduceremus. Nobis ſufficiat duo illa oſſicula ſingularia in inferiori ſuperficie anteriorum pedum haerentia bufonem mu-

p. 112.

ros adſcendentem iuuantia adducere. Sub finem non nulla etiam de *bufonite* addit verba.

Abſoluit nunc Cl. ROESEL egregiam hanc ranarum bufonumque hiſtoriam et plus praeſtitit, quam promiſerat; duorum enim tantum bufonum hiſtoriae expectandae ſpem nobis fecerat. Maximam itaque ab orbe erudito et a quolibet, qui hiſtoriam naturalem amat, meretur laudem, qui naturali ranarum hiſtoriae, doctrinaeque de generationis negotio tantum accenderit lucis, quantum ante eum nemo; et nulli, praeunte nobis in praefamine Ill. HALLERO, aſſerere dubitamus, hoc libro ſibi tantum comparaſſe Cl. Auctorem famae, ut nunc cum viris maximi nominis et de re hiſtorica naturali optime meritis VALISNIER, REAVMVR, SWAMMERDAM, TREMBLEY, BONNET et CAROLO DE GEER conferri omnino mereatur. Eo auidius in fine huius operis praemiſſam lacertarum noſtratium expectamus hiſtoriam, quo magis nobis compertum eſt, fieri omnino poſſe, ut Cl. ROESELIVS viribus aetate et morbo fractis impediatur, quo minus ſtet ſuis promiſſis. Coniungamus noſtra vota cum iis, qui hiſtoriae naturalis incrementum cupiunt, et Ipſi nouas vires, vitamque tranquillam a ſummo precamur Numine, quo diligentiae ſuae fructibus uti diutius, et orbem litterarum nouis ditare poſſet ſcriptis tanto viro dignis.

IX.

Vorſtellung mancherley fremder und ſeltener Thiere, alle auf das richtigſte in Kupfer gebracht, der Natur gemäß mit ihren Farben abgebildet, und herausgegeben von IOHANN DANIEL MEYERN, *Miniatur-Mahler, dritter Theil. Nürnberg*, 1756. fol. mai. pl. 3½. tab. 40.

i. e.

Delineatio variorum exoticorum rariorumque animalium, accuratiſſime aeri inciſorum et ad viuum coloribus expreſſorum a IOANNE DANIELE MEYER, Pictore cet.

Licet primam atque ſecundam huius libri partem iam indicauerimus *, nunc tamen de altera parte quaedam adhuc monemus; tantum modo enim ſeptem tabulae ad nos miſſae erant, cum eius faceremus mentionem. Continet vero tota ſecunda pars plagulas 7½ et ut praecedens tabulas centum. In his non tantum icones animalium ad viuum et accurate delineatae deprehenduntur et naturam egregie exprimunt, ſed et ſceleta addita ad mechaniſmum motus animalium declarandum optime faciunt. Cum enim non ſolum animalia quadrupeda, ſed et multae aues repraeſententur, diſpoſitio clauicularum et ſterni in eorum greſſu et volatu aptius declarando nos inſtruit. Cum his etiam piſcium et reptilium ſceleta comparari poſſunt. In additis explicationibus lingua vernacula expoſitis plurima, quae hiſtoriam animalium illuſtrant, ex optimis auctoribus congeſta inueniuntur. Cum vero Cl. Auctor ob defectum talium animalium, quorum ſceleta ſimul exhiberi poſſent, ab inſtituto ſuo deſiſtere cogeretur, illud paullulum mutauit et tantum collectionem rariorum animalium, omiſſis

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. I. p. 82 ſeq.

eorum ſceletis, in tertia parte edere ſibi propoſuit. Ad hoc perficiendum Cl. SEBAE locupletiſſimum rerum naturalium theſaurum et Academiae ſcientiarum Pariſienſis ſcripta elegit, in quibus icones animalium rariſſimorum deprehenduntur, ſecundum quas Cl. Auctor delineationes ſuas effinxit. Num vero colores ipſi animalium colori reſpondeant et ſecundum naturam expreſſi ſint, aliis diiudicandum relinquimus. Cum enim Auctores, qui animalia delineata et aeri inciſa exhibuerunt, colorem primarium nominando, pictorem inſtruxerint, ille mutationes colorum in variis corporis partibus non ſatis inuenire et inde naturae conuenientes icones exhibere potuit. Opus hoc continuare quidem ſecum conſtituebat Cl. Auctor, cum anno 1757 in febrem catarrhalem incideret, quae in lentam tranſibat Noſtrumque quadrageſimo quarto aetatis anno e viuis tollebat.

Hac quoque occaſione indicanda nobis adhuc eſt IOANNIS MARTYN hiſtoria plantarum rariorum a Cl. MEYERO edita, cuius decadem primam iam indicauimus,* acceſſerunt poſtea quatuor adhuc decades, ita, ut totum opus plagulas 6 tabulasque 50 contineat. Comprehenduntur vero in decade ſecunda: 11) *Virga aurea Marilandica, ſpicis florum racemoſis, foliis integris ſcabris.* 12) *Virga aurea altiſſima, ſerotina, panicula ſpecioſa patula.* 13) *Geranium Africannm arboreſcens Maluae fol. mucronato, petalis florum inferioribus vix conſpicuis.* 14) *Geranium folio Alceae tenuiter laciniato, flore pentapetalo, purpuraſcente, ſemine tenui.* 15) *Tithymalus Creticus, Characias, anguſtifolius, villoſus et incanus.* 16) *Caſſida Orientalis, Chamaedryos folio, flore luteo.* 17) *Aſter Virginianus, pyramidatus, Hyſſopi foliis, aſperis, calycis ſquamulis foliaceis.* 18) *Corona ſolis Caroliniana paruis floribus, folio trinerui, amplo, aſpero, pediculo*

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. I. p. 81.

pediculo alato. 19) *Caſſia Bahamenſis pinnis foliorum mucronatis, anguſtis, calyce floris non reflexo.* 20) *Caſſia Barbadenſis pinnis foliorum mucronatis, calyce floris non reflexo.* In Decade tertia: 21) *Caſſia Marilandica pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo.* 22) *Cotyledon Africana fruteſcens; foliis aſperis, anguſtis, acuminatis, flore vireſcente.* 23) *Sinapiſtrum Zeylanicum, triphyllum et pentaphyllum, viſcoſum, flore flauo.* 24) *Bidens Caroliniana, florum radiis latiſſimis, inſigniter dentatis, ſemine alato per maturitatem conuoluto.* 25) *Narciſſus totus albus latifolius polyanthos maior odoratus, ſtaminibus ſex e tubi ampli margine extantibus.* 26) *Geranium Africanum, arboreſcens, Ibiſci folio, anguloſo, floribus amplis, purpureis.* 27) *Abutilon Americanum, fructu ſubrotundo, pendulo e capſulis veſicariis criſpis conflato.* 28) *Ficoides Afra, folio triangulari, enſiformi, craſſo, breui, ad margines laterales multis maioribusque ſpinis aculeato, flore aureo, ex calyce longiſſimo. Tabula* 29 *et* 30 *fungos et algas plures continet.* In Decade quarta: 31) *Abutilon Americanum, flore albido, fructu e capſulis veſicariis, planis, conflato, pediculo geniculato.* 32) *Abutilon Carolinianum, reptans, Alceae foliis, gilluo flore.* 33) *Linaria Hiſpanica, procumbens, foliis uncialibus glaucis, flore flaueſcente pulchre ſtriato, labiis nigro purpureis, et linaria coerulea foliis breuioribus et anguſtioribus.* 34) *Granadilla Americana, folio oblongo, leuiter ſerrato, petalis ex viridi rubeſcentibus.* 35) *Granadilla Americana, fructu ſubrotundo, corolla floris erecta petalis amoene fuluis, foliis integris.* 36) *Ricinoides paluſtre, foliis oblongis ſerratis, fructu hiſpido.* 37) *Maranta arundinacea, Cannacori folio.* 38) *Gronouia ſcandens, lappacea, pampinea fronde.* 39) *Milleria annua erecta, foliis coniugatis, floribus ſpicatis luteis.* 40) *Martynia annua, villoſa et viſcoſa, folio ſubrotundo, flore magno rubro.* In Decade quinta: 41) *Crotalaria Americana, caule alato, foliis pi-*

loſis,

loſis, floribus in thyrſo luteis. 42) *Anonis Caroliniana perennis, non ſpinoſa, foliorum marginibus integris, floribus in thyrſo candidis.* 43) *Sinapiſtrum Indicum, ſpinoſum, flore carneo, folio trifido vel quinquefido.* 44) *Ricinoides herbaceum foliis trifidis vel quinquefidis et ſerratis.* 45) *Milleria annua erecta minor, foliis Parietariae, floribus ex foliorum alis. Milleria annua erecta ramoſior, foliis maculatis profundius ſerratis.* 46) *Limonium Africanum, caule alato, foliis integris hirſutis, petalo pallide flauo, calyce amoene purpureo.* 47) *Turnera fruteſcens ulmi-folia. Turnera fruteſcens folio longiore et mucronato.* 48) *Helleborine Americana, radice tuberoſa foliis longis, anguſtis, caule nudo, floribus ex rubro pallide purpuraſcentibus.* 49) *Granadilla folio haſtato, holoſericeo, petalis candicantibus, ſimbriis ex purpureo et luteo variis.* 50) *Granadilla folio lunato, flore paruo, albo, fructu ſuculento, ouato.*

X.

The Natural Hiſtory of Aleppo and parts adjacent, containing a deſcription of thy city, and the principal natural productions in its neighbourhood, together with an account of the climate, inhabitants, and diſeaſes particulary of the plague, with the methods uſed by the Europeans for their preſervation. By ALEXANDER RVSSELL, M. D. London printed for A Millar 1756. 4. mai. alph. 1. pl. 12½. tab. aen. 16.

h. e.

Hiſtoria naturalis Aleppi et terrarum adiacentium continens deſcriptionem urbis ipſius et praecipuorum naturae productorum agri vicini, accedit relatio de climate, incolis et eorum morbis, ſpeciatim de peſte et methodo, qua ab eius contagio ſe praeſeruant Europaei Auctore ALEXANDRO RVSSELL. cet.

Cum Cl. Auctor per tredecim annos Aleppi commoraretur et medicinam ibi faceret, de epidemicis morbis et ſpeciatim de peſte, per tres annos ibi graſſante obſeruationes non nullas congeſſit, quo exteris, in primis Anglis, qui in ea urbe commerciorum cauſa viuunt, conſuleret; interea vero et mores incolarum et varias eorum conſuetudines, ſitum urbis et agri vicini, corpora naturalia, quae in ea regione inueniuntur, tempeſtatum viciſſitudines et alia ad accuratiorem morborum cognitionem pertinentia ſtudioſe annotauit et ita praeſens opuſculum elaborauit illudque in duas partes diſtribuit. In prima nimirum parte de urbe ipſa eiusque ſitu expoſuit, inde ad vicinos agros degreſſus eſt et de cultura terrarum

climatis

climatis conſtitutioni reſpondente non nulla in genere praemiſit, poſtea plantas, mineralia et animalia deſcripſit, mores deinde, religionem, veſtimenta, victum, aedificia publica, et alia, quae hiſtoriam ciuilem ſpectant, curioſius declarauit, et non nulla ex his, iconibus additis, illuſtrauit, tandem ad morborum generalem conſiderationem progreſſus eſt. De his vero in altera parte amplius expoſuit, obſeruationes meteorologicas generales praemiſit, tempeſtatum viciſſitudines ab anno huius ſeculi quadrageſimo ſecundo ad quadrageſimum ſeptimum, et anni quinquageſimi ſecundi et tertii ſigillatim propoſuit, porro epidemicam conſtitutionem modo dictorum annorum fuſius proſequutus eſt, deinde de peſte egit et hanc quidem non tantum in genere conſiderauit, ſed eandem etiam Aleppi ab anno quadrageſimo ſecundo ad quartum vehementius graſſantem deſcripſit et methodum indicauit, qua Europaei ſe ab ingreſſu diri huius morbi praeſeruant, tandem de morbo ſeu ulcere aleppico pauca ſubiunxit. Noſtrum quidem nunc erit, varia ex ipſo opuſculo, quae notatu digna viſa ſunt, ſubiungere, et praecipue ad hiſtoriam naturalem et morborum conſiderationem reſpicere, ea enim, quae mores et conſuetudines concernunt, ita comparata eſſe videntur, ut cum omnium orientalium populorum in primis Muhammedis religioni addictorum viuendi genere conueniant.

p. 1. Aleppum, Haleb Arabum, metropolis Syriae eſt octo colliculis ſuperſtructa, latitudo ſeptentrionalis triginta ſex graduum et duodecim minutorum eſt, longitudo triginta ſeptem gradibus quadraginta minutis orientem verſus a londinenſi meridiano diſtat. Situ urbis et vicinis terris breuiſſime deſcriptis conſtantes anni temporum varietates pro climatis indole

p. 12. generatim indicat Noſter. A medio Decembris ad finem circiter Ianuarii hyemis vehementia aere frigido moleſta eſt, aqua autem rariſſime in niuem et glaciem

glaciem cogitur, flores potius vernales, violae, narcissi et hyacinthi tunc prodeunt, et Februario mense terrae superficies viridi ornatu apparet, quo tempore etiam persica malus et similes arbores flores citius quam folia euoluunt. Martio igitur mense vernale tempus gratissimum se offert, Aprili vero iam mense aestus celeri mutatione subsequitur, qui mense Majo iam ita urget, ut usque ad medium Septembris nulla pluuia nec frigidiusculus aer, nisi de nocte, corpora reficit. Circa finem Septembris demum pluuiae succedunt, quae aere temperato et sereno intercurrente incolas grate afficiunt. Mense Nouembri pluuiae continuae et hyemis vicissitudines usque ad medium Decembris obseruantur.

Recenset postea Cl. Auctor plantas spontaneas et alias cultura productas, additis vel nominibus trivialibus, vel ex CASPARIS BAVHINI pinace vel TOVRNEFORTII institutionibus citatis, sequentes vero ex TOVRNEFORTII corollariis potissimum citatas plantas, artificiosa EHRETI manu delineatas et aeri incisas exhibet. p. 22. *Onobrychis orientalis galegae foliis erectior, floribus lineis purpureis utrinque reticulatis* TOVRN. Coroll 26. *Thlaspi orientale saxatile flore rubente, foliis polygalae, petalis florum aequalibus.* TOVRN. Coroll. 15. *Allium syluestre siue moly minus albo amplo flore* TOVRN. Coroll. 26. dubie proponit, nec nobis videtur allii species, cum flos tubulosus limbo sexfido, tubo longissimo delineatur. *Onobrychis orientalis incana flore luteo, fructu magno radiato.* TOVRN. Coroll. 26. ad onobrychidem fructu echinato minore C. B. P. 350. quae est hedysarum 33. LINN. sp. p. 751. forte ut varietas referri posset. *Lotus Graeca maritima, folio glauco et velut argenteo.* TOVRN. Coroll. 27. dubie proponitur, cum vulgari specie quoad habitum conuenit. *Tragacantha orientalis vesicaria erectior, caule ab imo ad summam florido. Ilex aculeata cocci glandifera*

fera glande maxima nunc cylindrica nunc ſubrotunda cupula echinata dubie proponitur, nec fructus in icone exprimitur. *Aſtragalus quidam montanus onobrychis aliis* dubie proponitur, vera aſtragali ſpecies eſt ut ex fructu patet, ad monſpeſſularum IOH. BAVH. in Hiſt. 3. p. 338. accedere videtur. *Phlomis orientalis hormini folio, flore minore calyce glabro*, ad ſaluiam potius, quam ad phlomidem referri meretur. *Phlomis orientalis anguſto et longiore folio, flore luteo* a phlomide foliis ſubrotundis tomentoſis crenatis involucris lanceolatis, LINN. ſp. 1. p. 584. non niſi foliis oblongo cuſpidatis differre videtur. Dolendum omnino eſt, his nitidis figuris nec aliquam deſcriptionem nec citata Auctorum addita eſſe, pauca enim hariolando tantum aſſequi potuimus.

p. 47. Mineralis regni producta pauca omnino ſunt, deficit ipſa argilla vaſis conficiendis apta, terra fullonia tamen, qua loco ſaponis utuntur, aliquo in loco deprehenditur. Lapides arenarii et calcarei ad aedificia exſtruenda non deficiunt, et in planitie vicina magna ſalis communis copia efflorescit et colligitur.

p. 50. Ad deſcribenda igitur animalia et domeſtica et ſylueſtria progreditur Noſter, in his quoque pauca accurate definita, non nulla tamen nitide delineata inueniuntur. Kata, auis perdricis ſpecies videtur, gregatim accedit menſe Maio et Iunio, ardeae et grauiae ſpecies ad ripas fluuiorum deprehendendae. Inter piſces, quarum multas ſpecies recenſet, praecipue deſcripſit et delineauit ſpeciem ſiluro RONDELETII ſimilem, anguillam minorem et myſti duas ſpecies.

p. 136. Ad morbos frequentius occurrentes febres continuae et aliae earundem ſpecies, dyſenteria, rheumatiſmi, pleuritides et perineumoniae nec non ophthalmia referuntur, haec nunquam non occurrens longe frequentior eſt menſe Auguſto et Septembri praecipue inter eos, qui in aere libero dormiunt. Febres continuae vernales grauioribus ſymptomatibus ſtipatae

tae videntur quam autumnales, hae tamen illis longe pertinaciores ſunt. Dies critici eorumque mutationes tempori a veteribus notato in his terris magis reſpondere videntur, quam in noſtris. Ad phthiſin pulmonalem procliues in aere aleppico intra paucos menſes ſummum morbi augmentum experiuntur.

Sed mittamus haec et alia generatim de morbis propoſita, et ad ſpecialem tractationem in parte altera progrediamur. Caput nimirum primum tempeſtatum varietates per totum anni decurſum, quatenus eas-dem Cl. Auctor per obſeruationes meteorologicas plurium annorum cognouit, accurate proponit, utpote in morborum uniuerſalium conſideratione maxime neceſſarias. Ianuario menſe aut frigus quodam modo urget, aut pluuiae in primis de nocte caduut; niues rariores ſunt, venti vero ex oriente et ſeptentrione mouentur. Februario menſe ſaepius pluit, ſed dies frigidiores interdum niues exhibent, interdum autem circa finem menſis, fauonio flante, coelum per plures dies ſerenum eſt vel tenuioribus nubibus tegitur. Martio menſe tonitrua et imbres crebriores ſunt, calor tamen aeris ſenſim paulatimque augetur. Aprili quidem menſe coeli ſerenitas maior eſt, in hoc tamen et ſequenti menſe interdum tonitrua et imbres haud raro cum grandine mixtae intercurrunt. Boreas et eurus calorem intendunt, fauonius vero eundem imminuit. Iunio, Iulio immo et Auguſto menſe coelum ſerenum eſt et, ventis quieſcentibus, nubes albae tenues vel nullae conſpiciuntur, aeſtus itaque vehementius urget, niſi fauonius interdum aerem temperatum reddat. Verſus finem Auguſti tenues et albae nubes frequentiores ſunt, et nocturno tempore roris copioſior geneſis obſeruatur. Septembri menſe et in primis verſus eius finem copioſae et obſcurae nubes eleuantur et pluuiae, quae primae dicuntur, cadunt aeremque paulo frigiodiorem efficiunt. Fulgura verſus ſeptentrionem ſaepius de no-

p. 147.

&te apparent, verſus occaſum autem percepta pluuiam futuram praenuntiant. Venti ex occidente flantes, ut ſemper ferme, ſic hoc potiſſimum menſe frequentiores ſunt. Menſe Octobri gratiſſima eſt aeris temperies, inter viceſimum vero et triceſimum diem poſt primas pluuias nunc ſecundae ſequuntur, et tempeſtates et venti variantes ſuccedunt. Menſe Nouembri pluuioſa tempeſtas accedit, intermixta tamen non nunquam coeli ſerenitate, borea itaque et euro flantibus, nunc frigidior in primis matutino tempore aer eſt. Simili ratione Decembri menſe venti continuant, pluuiae crebriores ſunt nulla ferme ſerenitate coeli, ſed niue non nunquam intercurrente.

p. 158. Conſueta haec tempeſtatum variatio a climate et ſitu urbis pendens interdum ſingularibus prorſus mutationibus turbatur, in ſecundo igitur capite has varietates ab anno huius ſeculi quadrageſimo ſecundo ad quadrageſimum ſeptimum et annorum quinquageſimi ſecundi et tertii obſeruatas, ad explicandum morborum geneſin annotat. Nos ſpeciminis loco priores tres annos, in quibus peſtis Aleppi ſaeuit, tantum ſiſtimus. Anno igitur quadrageſimo ſecundo frigidior erat hyems, ſed menſe Martio et Aprili color inſignis et pluuiae parciores, a fine Maii per totum Iunium fauonius frigidam magis reddebat aeris temperiem, ſuccedebat poſtea feruidior aeſtas uſque ad primas pluuias Septembri menſe etiam parcius euenientes. Menſe Octobri pluuiae ſecundae quidem accedebant, ſed inde uſque ad decimum quartum Decembris diem ſerena nimis temperies aeris obſeruabatur, quo tempore poſt leuem terrae motum frigus ſuccedebat et ad medium Ianuarii anni quadrageſimi tertii durabat. Intercurrente quadam coeli ſerenitate pluuiae copioſae et hoc et toto Februario menſe conſpiciebantur. Martius frigidior erat, circa finem tamen pluuiae continuae ſuccedebant. Aprili menſe grata erat aeris temperies, ſed pluuias die

vigeſimo

vigesimo accedentes excipiebat frigus. Mense Maio et Iunio varia aeris dispositio, mox frigida, mox calida inueniebatur, tonitrua in principio Iulii insolita quadam ratione aerem commouebant, et ideo frigus sequebatur, etiam Augusto mense saepius obseruatum, Septembri magis calido existente, usque dum pluuiae primae subitaneum nimis frigus inducerent. Pluuiae secundae die vigesimo quinto mensis Octobris accedebant, et ita continuabant, ut reliqua anni huius temperies regularibus supra descriptis mutationibus similis esset. Mense Ianuario anni quadragesimi quarti copiosae niues et per aliquot dies persistentes rarissimo in his terris exemplo cadebant, mense Aprili aliquoties terra commouebatur, Iunius et plures dies Augusti iusto calidiores erant, prima pluuia Septembris, parcior omnino, aeris calorem non satis moderabatur, circa finem tamen mensis aliae succedebant pluuiae, quae sufficiens refrigerium praestabant.

Mittamus nunc reliquorum annorum indicatas p. 190. mutationes, et ex capite tertio epidemicos morbos annorum supra citatorum describente, pauca tantum de tribus prioribus annis, quorum nimirum mutationes indicauimus, commemoremus. Initium anni quadragesimi secundi morbos epidemicos non offerebat, sed mense Martio febres acutae cum dolore hypochondriorum frequentiores erant: in his purgatio aliui antiphlogisticis praestita, clysteres emollientes et copiosa sanguinis missio utilia erant auxilia, non quidem ad morbum penitus supprimendum, sed ad regularem decursum reducendum; his quidem neglectis vel febres morte terminabantur, vel morbo protracto in lentas mutabantur. Hae febres acutae, tota quidem aestate occurrebant, vix tamen epidemicae dici poterant. Interea pestis in vicinis terris iam saeuiebat, non tamen prius, quam circa finem Aprilis demum et principium Maii eius contagium etiam

Aleppi obſeruabatur, morbusque ita increſcebat, ut multi ex populo tollerentur, circa finem Iulii tamen idem ceſſabat. Iulio menſe dyſenteriae frequentiores erant, quibus interdum petechiae accedebant. Menſe Septembri variolae epidemice graſſari incipiebant, quae Octobri menſe et confluentes et grauiores erant, nec, niſi ſub finem Decembris quodammodo mitiores euadebant. Circa medium Nouembris peſtis iterum ſaeuire incipiebat, minori tamen impetu procedens, et licet primis anni quadrageſimi tertii menſibus varioloſus morbus prorſus finiretur, peſtis tamen vehementia non deſinebat, cum potius per integrum annum, licet vario gradu, progrederetur. Haec tamen res Cl. Auctori non accurate ſatis innotuit, cum numerum demortuorum definire haud poſſit. Cum autem inter Chriſtianos menſe Maio potiſſimum quotidie ferme viginti vel triginta morirentur, et multi praeterea ex urbe ſeceſſerint, inter reliquos urbis incolas ſtragem longe maiorem fuiſſe certo certius eſt. Paulo poſt imminuebatur numerus de mortuorum, et a medio Nouembris uſque ad finem anni pauca peſtis veſtigia remanebant. Anno quadrageſimo quarto, menſe Februario tuſſes conuulſiuae infantum febre ſtipatae crebrius obſeruabantur, pleuritis vero et peripneumonia hoc et praecedenti menſe rarius occurrebant. Peſtis vehementia menſe Ianuario et Februario vix ulla erat, menſe Martio tamen ingraueſcebat morbus et uſque ad medium Auguſti durabat. Hoc tertio anno Noſter animo confirmatus aegros peſte affectos ipſe vidit, quorum eram praecedentibus annis tantum mediante miniſtro fuſceperat.

p. 225. De peſte igitur aleppenſi capite quarto accuratius acturus Cl. Auctor in ſectione prima quaedam generalius annotata praemittit. Omni ferme decennio Aleppi peſtis una vice graſſatur et vel ex urbibus verſus ſeptentrionem vel verſus meridiem ſitis eo defertur.

fertur. Durante hyeme mitior est morbus, vernali tempore vehementior, et ad Iunium usque increscit, Iulio et Augusto aliqua ex parte mitescit, mense Septembri et Octobri vix obseruatus, quod etiam in priori casu, ubi pestis Aleppi per tres annos saeuiit, ita accidit. Ex obseruationibus quoque constat, diuum hunc morbum in Europa vehementius grassari, quam in his terris. Temperies aeris calida progressum huius morbi infringit, licet enim in principio aestus accedentis increscere videatur, post paucos tamen dies remittit. Variis quoque obseruationibus Noster cognouit eundem morbum aliquoties aegros inuasisse.

In secunda sectione pestim annorum quadragesi- p. 229.
mi secundi ad quadragesimum quartum describere suscipit Cl. Auctor, et hac in re insignem difficultatem inuenit, cum symptomata omnibus aegris non communia fuerint. Ab initio interdum morbus aegri vix grauis videtur, breui tamen infelix succedit mutatio, interdum aegri vix de anxietate praecordiorum conqueruntur vomituque agitantur, cum subitanea morte extinguantur; interdum tristia se offerunt symptomata, sed breui post sanitati restituitur aeger. Accuratam morbi ideam et ideo eruere non possumus, cum Noster aegrotos non satis examinauerit, sed sparsas tantum ex aliorum recensione collegerit obseruationes, non nulla tamen satis certa occurrunt a nobis nunc indicanda. Horror, bilis porraceae vomitus, capitis et lumborum dolor, anxietas praecordiorum et subitanea virium prostratio prodromi sunt morbi venientis, et cum his iam lancinantes glandularum parotidum, axillarium et inguinalium dolores eueniunt. Febris et pulsus insigniter variant, et vehemens interni caloris sensus externis signis non cognoscitur. Tumor glandularum increscens non raro tollit morbum, et suppuratio saepius succedit reliquis symptomatibus imminu-

tis vel diſparentibus, eaque ad diem decimum quintum protrahitur. Primo morbi impetu, non formato glandularum tumore, mors ſubitanea interdum conuulſione ſtipata euenit petechiis liuidis per totum corpus diſperſis. Qui primum morbi impetum ſuperant, aeſtu de nocte auctо delirant, matutino tempore morbus remittit et de dolore capitis vel bubonis incremento et dolore conqueruntur aegri, bubo tamen non raro decreſcit. Accedit in multis ex his carbunculus peſtilentialis puſtula ſcilicet obſcure purpureo colore cincta mox liueſcens ardente dolore moleſta. Hae puſtulae paſſim in variis ſuperficiei corporis partibus eleuantur, et ad pollicis unius et alterius magnitudinem in diametro increſcunt. Febris acceſſiones non diu durant, pulſus interea debilis eſt et reſpiratio laborioſa, quibus conuulſiui affectus haud raro ſuperueniunt. Bubones interdum ſubſident, carbunculi margo nigro colore tingitur, et multi die tertio moriuntur, paucos copioſus ſudor die tertio erumpens ſaluos reddit, pauciſſimis die quinto alius, ſed leuior ſudor criticus accedit. Ad ſeptimum vel undecimum diem productus morbus rarior eſt. De ſignis ex lingua, urina et alui fluxu petitis nihil certi allegare poſſumus. In peſte aleppenſi bubones ſemper praeſentes fuerunt, in iis tantum, qui ſubita morte extinguebantur, deficientes. Saepe ante ingreſſum morbi perceptus fuit glandularum dolor et tumor, interdum cum aliis ſymptomatibus vel paulo poſt idem acceſſit. Bubones oborti ad maturitatem non perueniunt niſi praegreſſo ſudore critico, qui ſaepius eosdem ſine detrimento aegri diſcuſſit, hi interdum gangraenoſi fiunt, et toti ulcere relicto ſecedunt. Carbunculi, qui ſecundo morbi die ut plurimum apparent, ſimiles ut plurimum mutationes ſubeunt, licet paſſim, nec in locis glandulo-ſis accedunt. Puſtulae materia cocta interdum ichoroſa repletae et variolarum inſtar mutatae rariores

ſunt.

ſunt. Haec dicta ſufficiant cum ratione methodi medendi nihil, quod certum ſit, eruere queamus et pauca de methodo prophylactica in ſectione tertia expoſita ſubiungamus.

Optimum quidem ad peſtis contagium euitan- p. 250.
dum remedium eſt urbem relinquere et incolatus montani ſalubritatem quaerere. Id olim faciebant Europaei Aleppi commerciorum cauſa commorantes, nunc vero, cum minor eorum numerus ſit, et praedones loca illa ob morbum ſecura, minus ſecura reddant, impoſſibile ferme eſt hanc viam eligere, inde tantum ſe domibus ſuis prouide includunt, et omne commercium cum reliquis urbis incolis fugiunt, quae quidem caute obſeruata negotiorum publicorum intermiſſio eos ab omni contagio immunes reddit. In principio quidem et quando numerus demortuorum non adeo inſignis eſt et ipſi et ſerui interdum in publicum prodeunt, eo prae reliquis attentionem dirigunt, ut ii, qui lintea lauant, cum infectis rem non habeant, ſi vero morbus vehementior redditur, omnia commercia cum aliis ſollicite euitant, et non niſi alimenta neceſſaria et aquam per catenam ferream hamo inſtructam in vaſis cupreis per domus feneſtram ſurſum ducunt. Panis quidem contagium non ſuſcipit et ideo tantum per tempus aeri libero exponitur, reliqua alimenta autem aqua aceto vini impraegnata immerguntur, et aeri exponuntur. Charta et literae amicorum commerciorum cauſa ſcriptae ſulphuris fumo corriguntur, nobis autem tutius viſum fuit literas ipſas in acetum immergere et easdem poſtea fumo admiſſo exſiccare. In noſodochio melitenſi ad fumigationem rerum ex infectis locis adductarum ſequens medicamentum praeparatur. Sumuntur nimirum ſulphuris librae ſex, auripigmenti, antimonii crudi, lithargyrii, ſeminis cumini, euphorbii, piperis nigri, zingiberis ana librae quatuor, aſſae foetidae, cinnabaris, ſalis ammoniaci ana librae

tres arſenici libra una, haec in pollinem redacta cum raſura ligni pini ſex libris et furfurum quinquaginta libris commiſcentur et in uſum ſuffimigii adhibentur. Triſtis vero eſt eorum, qui ſe contagio peſtifero ſubducunt, captiuitas a metu non ſemper libera, in tecto tamen aedificii plano, qualia in orientalibus regionibus ſunt, aere libero, qui nunquam contagioſus eſt, frui et cum amicis vicinis colloqui poſſunt. Pauca, quae Cl. Auctor de medicorum in viſitandis aegris occupatorum praeſeruatione monet, vix adducenda ſunt, cum maiorem omnino, quam ipſe ſuadet, attentionem neceſſariam eſſe iudicemus. Id ſaltim indicamus, extracti vel infuſi aquoſi corticis peruuiani uſum inter prophylactica remedia referri.

p. 262. Caput quartum et ultimum de morbo aleppico agit: ulcus cutaneum eſt, quod triplici ratione ſe ſiſtit. Tuberculum exiguum in principio percipitur per plures ſeptimanas haud moleſtum, quod poſtea ad pollicis circiter peripheriam extenditur et poſt aliquot menſes ſquamoſum fit materia acri exſudante, partibus vero interioribus integumentorum ſanis redditis, cruſta ſuperficialis decidit, et leuem notam in cute relinquit. Hoc ulcus *mas* dicitur et raro ultra octo menſes durat, alterum *foemininum* appellatur, et ut praecedens oritur poſt aliquot menſes, dolor excitatur et tunc ſaepius duplo maius praecedente redditur, magnamque ichoris copiam emittit, liuido itaque circulo cinctum ulceri ſcorbutico ſimile eſt, nunquam tamen altius, quam ad telam celluloſam penetrat, per plures menſes durat et tardius ſanatur, notamque priori peiorem per totam vitam in cute relinquit. Tertia huius ulceris ſpecies mitiſſima eſt, et ut plurimum a morſu millepedis cuiusdam inſecti deducitur, hoc, licet exiguum ſit, in multis tamen conditionibus cum prima ſpecie conuenit. Haec quidem ulcera in capite ſaepius, ſed et in extremitatibus oriuntur, et peregrini Aleppum accedentes poſt aliquot

aliquot menſes hoc morbo afficiuntur. Medicamenta varia adhiberi vix poſſunt, cum magis laedant quam iuuent, emplaſtro mercuriali, addito balſamo ſulphuris, uſus eſt Noſter, eo enim incrementum ulceris cohiberi aſſerit.

XI.

Magazzino Toſcano d' inſtruzione e di piacere, Tomo I. in Livorno per Anton Santini et Compagni, 1754. 4. min. alph. 3. pl. 2. tab. aen. 12. Tom. II. 1755. ibidem. alph. 3. pl. 3. tab. aen. 13.

h. e.

Promptuarium Hetruſcum inſtitutioni et oblectamento dicatum. Tom. I et II.

Collectos variorum Auctorum libellos, in quibus non nullae artium liberalium et ſcientiarum partes illuſtrantur, in faſciculos cogere eosque definitis temporibus iis lectoribus tradere, qui diſcendi cupidi horas ſubceſiuas in perluſtrandis variis ad uniuerſam eruditionem pertinentibus doctrinis conſumere cupiunt, hoc ipſo potiſſimum tempore in variis Europae prouinciis non inutile fore viſum fuit, quo in iis etiam, qui ſcientias ex inſtituto colere nequeunt, aliqua earum idea formetur. Similem in finem etiam in magno Hetruriae ducatu non nulli eruditi in ſocietatem quandam coiuerunt, qui hoc, quod nunc indicamus, promptuarium Hetruſcum colligunt et *Liburni* per partes edunt. A menſe nimirum Martio anni quinquageſimi quarti huius ſeculi incipiendo, quolibet menſe quinque vel ſex plagularum faſciculus prodiit, in quo partim ea, quae eruditis ſcientiarum artiumque cultoribus placent, partim ea, quae a

ſubtili cognitione alienis utilia et grata ſunt colligun-
tur et proponuntur.

Quo autem pleniorem huius inſtituti ideam ex-
hibeamus, primaria quaedam capita, quae theolo-
giam, iurisprudentiam, philoſophiam, hiſtoriam, an-
tiquitates cet. concernunt, indicemus. De libro
IOBI, eius natura, argumento et auctore; ſenten-
tiae variae CICERONIS; de rationibus legum con-
ſtituendarum et abrogandarum; de ſimilitudine ve-
terum Europae incolarum et barbarorum Americae;
de fertilitate Palaeſtinae; de architectura aedificio-
rum orientalium ad explicanda varia loca ſacrae ſcri-
pturae *; de opere quod ruinas Palmirae tradit; de
lege a MARCO AVRELIO in fauorem chriſtianorum
ſancita; de libris ab eroſione vermium vindicandis;
de Hetruſcis veteribus Tuſciae incolis; de quarta de-
calogi lege; de lemuribus; de peregrinationibus rite
inſtituendis; de progreſſu iudaiſmi in china; de com-
merciis Anglorum; de diuinatione ſortes ſanctorum
dicta; de Æneide VIRGILII; de antiquo marmore
graeco; de PROCOPIO auctore hiſtoriae ſecretae
IVSTINIANI non dicendo; de muſica ſacra et ori-
gine organi ad illuſtrandam picturam antiquam; de
immortalitate animae; de machina, qua aqua medi-
ante igne eleuatur; de educatione infantum; de in-
uidia; de Sarcophago Hetruſco cet. Adduntur ſpar-
ſim vitae illuſtrium, eruditorum et celebrium vi-
rorum, iconibus ſimul aeri inſculptis v. c. AMMIA-
TI purpurati, AMERICI VESPVTII, DANTIS
poetae, ANGELI POLITIANI, ANDREAE CAE-
SALPINI, LEONHARDI DA VINCI pictoris. Sub-
iunguntur in fine cuiuslibet faſciculi poeſeos italicae
varia ſpecimina, noua litteraria cet.

Haec

* Et iconem et deſcriptionem inuenimus in libro Voy-
ages de Mſr. SHAW dans pluſieurs prouinces de la
Barbarie et du Levant, à la Haye 1743. 4. Tom. I
p. 352 ſeqq.

Haec ad alias eruditionis partes pertinent, nunc vero praecipue de iis dicturi sumus scriptionibus, quae historiam et scientiam naturalem nec non medicinam spectant, indicabimus itaque inscriptiones dissertationum et observationum in his duobus voluminibus contentarum, et quarum plurimae ex promptuariis anglicis, imprimis ex eo, quod ingenuis viris dicatum est*, decerptae et alii libelli quoque eruditorum in linguam italicam versi, et per partes in diuersis fasciculis siue mensibus proposiți inueniuntur, paucas tantum scriptiones plenius recensitas dabimus.

In primo volumine agitur de conseruatione ouorum; de frigoris effectibus in sinu Hudsonis obseruatis; de sanguisuga siue hirudine; de luscinia; de somnis extraordinariis; de educatione infantum ad uniuersales sanitatis regulas dispositа; de speciminibus quibusdam historiae naturalis Islandiae, Groenlandiae ex Cl. ANDERSONI opere depromptis; de causa incrementi ponderis in corporibus calcinatis; de vino Toccauiensi;** de vapore suffocante; de fertilitate terrae ingenere; de serpente caudisono; de puluere nutriente in Gallia inuento; de causis naturalibus destructionis corporis humani; de lacu Neack in Vltonia Hyberniae prouincia obseruata physica; de insulis Moluccis et caryophyllis; de Vesuuii incendio anno 1754; de fodinis adamantis Golkondae etc.; de varietate indiuiduorum humanae speciei; de *Ierboa* Arabum animali inter cuniculos et glires quasi medio.

In secundo volumine, de operatione aeris in corpus humanus; *** de inoculatione variolarum

* *Gentleman's Magazine*,

** vid. Acta physico-medica Academiae naturae curiosorum, Vol. VII. Norimbergae, 1744. 4. in Appendice p. 1.

*** Dissertation ou l'on recherche comment l'air suivant

rum * de partibus irritabilibus et ſenſibilibus animalium; ** de calce et gypſo; *** de phaenicoptero aue; de platina del Pinto; deſcriptio planimetrica metalli fodinae cupri in Hetruria. His ſummatim indicatis, ex iis, quae alibi indicata non inuenimus, non nulla fuſius recenſeamus.

Vol. I. p. 468. *Conſilium medicum de contagio tabis pulmonalis.* Ii nimirum, qui ſanitatis publicae cuſtodiendae curam habent, Collegio medico Florentino iniunxerunt, ut eas res indicarent, quae malignitatem phthiſeos foue re poſſent, quo in iis remouendis et purgandis cura adhibeatur. Proponitur ideo idea ſuppurationis, in qua eſſentia ulceris pulmonalis poſita eſt, putulenta enim plus minus ichoroſa materia non tantum in pulmone haeret, ſed reliquis etiam corporis humoribus reſorptione admiſcetur. Breue poſtmodum cauſarum examen ſuſcipitur, cum hic morbus frequentior ſit, et non tantum corporis diſpoſitio et laeſiones violentae pulmonibus illatae, ſed alii multi diaetae errores geneſin huius morbi praeſtent, inflammationes plus minus inſignes nobilis huius viſceris efficiendo: qua in re refrigerii aerei ſubitanei praecipue mentio iniicitur, ex quo haud raro pulmones male afficiuntur. Examinantur itaque opiniones variorum auctorum de contagio tabis pulmonalis, quae ſaepe nullis argumentis ſuſtinentur. GAL.

vant ſes differentes qualites agit ſur le corps humain par M. BOISSSIER DE SAVVAGES, à Bordeaux, 1754. 4.

* Commentarius Cl. DE LA CONDAMINE, vid. Comment. noſtr. Vol. IV. P. I. p. 159.

** Auctore Ill. HALLERO Edit. Cl. TISSOT. vid. Comment. noſtr. Vol. V. P. IV. p. 695.

*** Auctore Cl. MACQVER Hiſt. de l'academie des ſciences année 1747. vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. II. p. 229.

NVS, BALLONIVS, RIVERIVS in consortio amicorum aliquam vim contagii ponunt, quam MORTONVS ad eos tantum extendit, qui cum aegro in eodem lectulo dormiunt, sunt tamen et alii, inter quos HIERONYMVS FRACASTORIVS nominandus est, qui contagii huius vim vehementiorem pronuntiant, illudque ad duos annos usque in vestimentis aliisque utensilibus haerere affirmant. Sed hi paucos habent consentientes, praestantissimi potius medici et veteres et moderni huius contagii efficaciam non adeo insignem esse dicunt. Et ipsi huius consilii auctores particulas transpiratione secedentes impuras quidem et aerem inquinantes, sed non adeo noxias iudicant.

Quo vero in morbis ciuium et incolarum praecauendis omnis cura adhibeatur, medici Florentini sequens consilium de obseruandis aegris tabe pulmonali decumbentibus, eorumque variis vestimentis et utensilibus purgandis exhibuerunt. 1) Aegri in cameris spatiosis detineantur bene purgatis, aere, ne stagnando putredini ansam praebeat, fenestris apertis saepe ventilato et renouato, floribus etiam et herbis recentibus gratum halitum perspirantibus ubique dispositis. 2) In lectulo aegri in primis munditiei linteorum ratio habeatur illeque crebrius mutetur, aegro in alium reposito. 3) Sputum aegri colligatur in vasis vitreis vel terreis vitrea crusta obductis crebrius abluendis. 4) Lintea et alii panni ex lana parati, quae phthisicorum commodis inseruiunt, aliquoties lauentur et sapone addito purgentur aereque perflentur. 5) Vestimenta et alia, quae lauari nequeunt, aeri diutius exponantur. 6) Vtensilia ex ligno et metallo parata lauentur saepius et extergantur. 7) Pauimentum camerae lauetur, parietes dealbentur, fenestrisque apertis aeri liber transitus concedatur, quo maligni vapores dissipentur. In hoc itaque morbo eodem modo, ut in aliis munditiem

circa

circa aegros obſeruatam, in praecauendo ulteriori progreſſu maximum auxilium poſitum eſſe affirmant, et in phthiſi potiſſimum auertenda de reliquis cauſis attente euitandis incolas commonefaciendos eſſe tandem concludunt. Experientia etiam docuit, phthiſicum contagium nec eſſe certum, nec adeo actuoſum, nec cum irreparabili ſanitatis iactura coniunctum ut vulgo creditur.

Summus tamen magiſtratus magni ducatus Hetruriae leges tulit, ad auertendum hoc contagium, ſi quod eſſet, quam maxime facientes. Quemlibet ſcilicet medicum et chirurgum, qui phthiſi pulmonali decumbentes ſuae curae commiſſos habet, illos magiſtratui cuilibet inferiori indicare debere, quo veſtimenta et alia utenſilia a miniſtris conſignentur, et poſſeſſori aedium interdicatur, ne aegros ex domo ſua dimittat. Morte autem aegri ſubſequente, quae iterum indicanda eſt, haeredes prohibentur intra menſis ſpatium apparatum illum domeſticum auferre et vendere; praeterea indicatur, quanta cum cura et camera et contenta utenſilia purganda ſint.

p. 519. Epiſtola medici Liburnenſis inſeritur, in qua *inflammationes pulmonum ſaepius ſub alia morbi ſpecie incedere et lethales eſſe oſtenditur.* In genere monet Cl. Auctor plures infantes Liburni in primis aetatis ſuae annis mori, quam alibi, quoniam in humidiſſimo huius urbis aere decubitus frequentiores ad pectus fiunt, poſtea non nullas morborum hiſtorias praemittit, ex quibus pulmones in infantibus inflammatos repertos fuiſſe oſtendit, contradicit itaque HIPPOCRATI, qui ante annos pubertatis pleuritides et peripneumonias non formari aſſeruit. Venae ſectiones, easque reiteratas ad hunc morbum praecauendum etiam in teneris infantibus utiles eſſe aſſerit, et aſſertum variis exemplis demonſtrat. Tandem catarrhos ſuffocatiuos a non nullis, ut cauſam mortis allegatos, a clandeſtina

deſtina tali pulmonum inflammatione acceſſiſſe monet.

Piſcis vel potius teſtudinis aquaticae *noua ſpecies* deſcribitur. Menſe Iulio anni 1754. in ſinu Macarenſi capiebatur animalis ſpecies, quae totius corporis figura, capite roſtrato, pedibus ſiue alis et cauda teſtudinem aquaticam referebat, corpori autem loco ſcuti corium denſum. nigrum, laeuigatum et ſplendens inductum erat, et ita annexum ut caput et pedes non retrahi et occultari poſſent, quae quidem res in omnibus teſtudinibus conſpicitur. Lingua acuta pollicem longa utrinque ſerrata inueniebatur. Teſtudinem coriaceam dixerunt et iconem accuratam adiecerunt, animal vero ipſum nunc in muſeo inſtituti Bononienſis aſſeruatur. Vol.II. p. 363.

De abortu trimeſtri ſecundina per ſexaginta dies retenta. Foemina triginta ſex annorum ſana et vegeta tertio grauiditatis menſe foetum immaturum emittit, relicta tamen ſecundina, cuius exitum obſtetrix cum lochiis forte expectabat, licet vero id non euenerit, foemina tamen ad vigeſimum diem uſque bene ſe habebat. Oriebatur poſtea continua ferme haemorrhagia et ſanguinis ſinceri et grumoſi, cum qua etiam quaedam ſecundinae relictae partes ſecedebant, continua vero haemorrhagia aegram in triſtiſſimum ſtatum coniiciebat, quem varia auxilia medici leuare non poterant, uſque dum ſexageſimo demum die paruae quaedam, ſed foetentes ſecundinae particulae excernerentur, quo facto ſanguinis profluuium ſiſtebatur, tenui humore loturae carnium ſimili ſubſequente, aegra poſtea apto regimine ſenſim paulatimque ſanitati reſtituta. Hinc certe cognoſcitur fortius adhaerere placentam in abortu et triſtiſſima ſaepius incommoda relinquere. p. 506.

Subiun-

p. 220. Subiungamus tandem non nulla ex deſcriptione vitae ANDREAE CAESALPINI excerpta. Natus hic fuit Aretii, urbe magni ducatus Hetruriae, anno milleſimo quingenteſimo decimo nono, patre IOANNE BAPTISTA CAESALPINO medico celebri, qui noſtrum inſtitutione ſua ad philoſophiam, medicinam et hiſtoriam naturalem excolendam duxit, magis tamen inſtructus fuit ALVCA GHINIO Profeſſore Piſano, et in hac uniuerſitate trigeſimo ſecundo aetatis anno CAESALPINVS noſter Doctoris in medicina gradum ſuſcepit. GHINIVS autem Profeſſor Botanices primus in uniuerſitate Piſana 1555 Noſtrum ſucceſſorem reliquit, qui explicationi ſimplicium medicamentorum per ſedecim annos vacauit, alios autem viginti annos, Profeſſor ordinarius conſtitutus, in praxi medica docenda conſumſit. Per triginta autem ſex annos in piſana muſarum ſede cum laude verſatus a CLEMENTE VIII. Romam vocatus fuit, cum enim inuidia peteretur Noſter, et multi eum philoſophum magis, quam chriſtianum eſſe crederent, eoque tempore HIERONYMVS MERCVRIALIS ſtipendio annuo ſeptingenti aureorum ad munus medicinam extra ordinem docendi Piſam vocaretur, CAESALPINVS hoc aegre ferebat, et Piſanam uniuerſitatem relinquebat, et, non tantum lectoram extra ordinem ſuſcipiendam in ſtudio ſapientiae Romano, ſed et honores medici Pontificii ſtipendio mille aureorum accepto, obtinuit, et ad hoc officium ſubeundum maxime ſuaſu MICHAELIS MERCATI medici aulici Pontificis, qui diſcipulus CAESALPINI fuerat, commouebatur, per undecim annos itaque Romae fuit Noſter et graui pleuritide affectus die decimo quinto Martii anno 1603. octuageſimo quinto aetatis anno obiit.

Hac vitae ratione breuiter expoſita Cl. Auctor huius biographiae in laudes CAESALPINI extollendas ulterius excurrit. DOMINICVS VIGNA celebris

bris Profeſſor Botanices Florentinus in medio ſeculi decimi ſeptimi de CAESALPINO commemorat, eum in ſecundis et aduerſis rebus conſtantiam inſignem oſtendiſſe, cum excellenti ſcientia magnam honeſtatem coniunxiſſe, praeſidio illuſtrium virorum ſui temporis dignum fuiſſe, et non tantum moralium virtutum exercitio, ſed etiam chriſtianae fidei exemplo inclaruiſſe. De ſcriptis quibus rem herbariam illuſtrauit praecipue diſſeritur, et oſtenditur aſſertum TOVRNEFORTII veritati conſonum eſſe, hic enim in Iſagoge inſtitutionibus botanicis praemiſſa ubi de methodo loquitur haec habet: *Hanc botanices partem a nemine tentatam ſummo ſtudio agitauit et rationem plantarum per partes diſponendarum ſolus inter herbarios philoſopho dignam reliquit, petitam ſcilicet ex ſeminum forma.* Praeterea de herbarii ſicci fragmentis, de plantis ipſis cum cura in horto Piſano examinatis multa teſtimonia auctorum proferuntur. Nec in hiſtorico tantum plantarum ſcrutinio verſatus fuit Noſter, ſed vires quoque earundem recte cognouit, et ſimplicium effectus ſedulo obſeruauit. In praxeos medicae exercitio veraque medendi via tradenda non minorem ad naturae leges attentionem praeſtitit et anatomica corporis cognitione inſtructus. Ad hanc ſcientiae medicae praeſtantiam per philoſophiae ſtudium ductus fuit, in quo etiam excolendo ingenii et iudicii vires ſedulo exercuit. Tandem in recenſendis corporibus mineralibus occupatus fuit et licet in hac parte, tantum vix praeſtiterit quantum in regno vegetabili, multa tamen foſſilium genera ita digeſſit, ut viam panderet ad ulteriorem cognitionem acquirendam.

Tomi tertii huius promptuarii iam tres faſciculi in noſtris manibus ſunt, cum vero continuationem expectemus, de his ſimul cum ſequentibus alia occaſione dicturi ſumus.

XII.

Muſei ichthyologici Tomus ſecundus ſiſtens piſcium indigenorum et non nullorum exoticorum, quorum maxima pars in muſeo LAVRENTII THEODORI GRONOVII, I. V. D. adſeruatur, nec non quorundam in aliis muſeis obſeruatorum deſcriptiones. Accedunt non nullorum exoticorum piſcium icones aeri inciſae et amphibiorum animalium hiſtoria Zoologica. Lugduni Batauorum, ſumtibus Auctoris, proſtat apud Theodorum Haak, 1756. fol. alph. 1. tab. aen. 3.

Dederat Cl. Auctor primum ſpecimen piſcium in muſeo ſuo reperiundorum et genera et ſpecies per quatuor claſſes mala copterygiorum, acanthopterygiorum, branchioſtegorum et condropterygiorum digeſſerat * in hoc itaque tomo eundem ordinem ſeruat, nomina ſpecierum centum et quadraginta ſex in priori tomo deſcriptarum nunc repetit, et ſi quid monendum occurrit, breuiter addit, nunc vero nouas ſpecies cum numerum praecedentem continuat ducentos et duos deſcribit. In generibus autem et ſpeciebus definiendis eandem attentionem adhibuit, quam in prioris tomi recenſione laudauimus. Nunc noua quaedam genera exhibenda ſunt, quae in malacopterygiis praecipue inuenit.

P. 4. Synodus corpus *oblongum*, *cathetoplateum*, *ſquamoſum*; caput *cathetoplateum*, *oblongum*, *inter oculos excauatum*; *oculi in ſupremo capite*; *oris rictus ingens*; *dentes in utrisque maxillis*, *palato*, *lingua et faucibus oblongi innumerabiles*: membrana branchioſtega *oſſicula utrinque quindecim continet*; pinnae *ſeptem*, *in dorſo unica*, *cauda bifida*.

Ery-

* vid. Comment. noſtr. Vol. V. P. III. p. 428.

Erythrinus corpus *oblongum cathetoplateum, ſqua-* p. 6.
moſum; caput *plagioplateum*; *dentes in maxillis*; membrana branchioſtega *oſſicula utrinque quinque continet*; pinnae *ſeptem*, *dorſalis unica e regione ventralium.*

Gaſtero pelecus corpus *cathetoplateum*, *breue*, *la-* p. 7.
tum, *tenue*, *ſquamoſum*; *venter in aciem anguſtiſſimam ſecuriformem*, *ſeu carinaeformem prominentem exiens*; caput *cathetoplateum paruum*; *os in apice capitis*, *dentes acuti*, *in utrisque maxillis*; membrana branchioſtega *oſſiculis inſtructa*; pinnae *quinque*, *ventrales deficiunt*, *in dorſo unica*, *caudae proxima.*

Callyodon corpus *cathetoplateum oblongiuſculum*, p. 8.
craſſum ſquamis magnis tectum; caput *cathetoplateum omnino ſquamoſum*, *inerme*; *os in apice capitis*; *dentes perpauci*, *permagni*, *conici*, *quemadmodum in oſtracionibus*; membrana oſteoſtega *oſſiculorum quatuor ſub operculis tectorum*; pinnae *ſeptem in dorſo unica per eius totam longitudinem fere extenſa*, *ventrales ſub pectoralibus.*

Cyclogaſtes caput *oblongum*, *craſſiuſculum*, *alepi-* p. 9.
dotum, *cute laxiſſima tectum*, *cathetoplateum*; caput *grande*, *breue*, *plagioptatium*, *corpore longe latius inerme*, *oculi in anticis et ſupremis lateribus ſiti*; *os in apice capitis*; *dentes in utrisque maxillis et faucibus*; aperturae branchiarum *ſupremis in lateribus tantum apertae*; membrana branchioſtega *nuda*, *expanſa*, *inflata*, *oſſiculis ſeptem inſtructa*; pinnae *ſex in dorſo unica per longitudinem eius extenſa*; pinnae *ventrales in unicam circularem et quodam moro infundibuliformem concretae.*

Anoſtomus corpus *cathetoplateum*, *oblongum*, p. 13.
ſquamoſum; caput *cathetoplateum*; *oculi magni in lateribus*; *os ſurſum flexum ſeu in ſupina capitis parte*; *maxilla inferior longior*, *dentes in maxillis*; membrana branchioſtega *oſſicula utrinque quatuor lata continet*; pinnae *octo in dorſo duae*, *quarum poſterior adipoſa.*

p. 16. Electris corpus *quandoque plagioplateum interdum cathetoplateum oblongum teretiuſculum ſquamae inermes* caput *plagioplateum interdum cathetoplateum obtuſum; dentes minimi in maxillis*, membrana branchioſtega *oſſiculis ſex*; pinnae *octo, in dorſo duae, ventrales in imo ventre ſub pectoralibus, plerumque ad inuicem, inuolutae ut unicam quaſi referant, quandoque diſcretae.*

p. 18. Centriſcus corpus *oblongum cathetoplateum ſubcompreſſum, tenue, pellucidum, in extremo dorſo aculeo oblongo inſtructum, venter compreſſiuſculus, tenuiſſimus*; caput *cathetoplateum, antice in tubulum oblongum excurrens in cuius orificio os anguſtiſſimum edentulum*; membrana branchioſtega *nulla propter tenuitatem detegenda*; pinnae *in toto piſce ſeptem in dorſo duae ſibi proximae prope ad caudam ſitae; cauda inflexa.*

Cum autem et in hoc tomo non nullas ſpecies nouas deſcripſerit et primi tomi non nullas illuſtrauerit, acceſſerunt etiam nouae icones, ſcilicet tabula quinta, quae huius tomi prima eſt exhibet *myſtum cirris ſex longiſſimis unico ſquamarum aculeatarum ordine utrinque in lateribus*, et quidem parte prona et lateralı. *Aſpredinem cauda ſubrotunda, corpore verrucoſo, pinna ani oſſiculorum ſex. Labrum bruneum, albo nigroque varium, maxillis aequalibus cauda ſubrotunda oſſiculo ſecundo pinnarum ventralium ſetiformi. Blennium oſſiculis tribus anterioribus pinnae dorſalis reliquis aculeatis maioribus.* Tabula ſexta ſiſtit *ſilurum cirris duobus ad maxillam ſuperiorem quatuor in mento. Labrum oblongum cauda bifurca capite purpuraſcente. Sparum roſtro plagioplateo rufeſcentem maxilla inferiore longiore macula nigra iride alba cincta, utrinque ad caudam ſubrotundam. Blennium criſta ſetacea longitudinali inter oculos. Baliſten aculeis dorſi duobus, primo poſtice dentato, cauda ſubrotunda, lateribus caudam verſus hirſutis.* Tabula ſeptima, ex generibus ſupra deſcriptis, *Synodus*, *Anoſtomus*, *Centriſcus*, *Callyodon*, *Gaſteropelecus* et *Erythrinus*, delineantur.

Amphi-

Amphibia ut plurimum ea animalia dicuntur, quae et in aere et in aquis habitare poſſunt, et hanc ob cauſam reſpirationis organa peculiaria obtinent; cum vero ex his alia piloſa, alia cute glabra vel membranacea, vel ſquamoſa vel etiam tegmine oſſeo immobili inſtructa ſint, Zoologi autem amphibia piloſa ad claſſes quadrupedum animalium referant, Noſter quoque cum Cl. LINNAEO *amphibia animalia per pulmones reſpirantia, pilis carentia, cute nuda vel ſquamoſa tecta, pinnisque radiatis nullis inſtructa* appellat, et eius quoque diſtinctionem in *apoda* ſeu *ſerpentia* et tetrapoda ſeu *repentia* aſſumit. Septuaginta autem animalium ſpecies, generum definitionibus praemiſſis, in hoc ſpecimine deſcribit. In definitionibus ſerpentium Cl. LINNAEVM accurate ſecutus eſt, et licet cognoſcat characteres ſpecificos a numero ſquamarum et ſcutorum abdominalium et caudalium deſumptos vix ſufficientes eſſe, in his tamen a receptis nominibus recedere noluit.

In ſerpentibus nouum genus addidit, ſcilicet Scytalem, quae figura corporis et caudae ad Anguem ſquamis caudalibus ad Cenchridem accedit et ita intermedium quaſi genus conſtituit. Definitio haec eſt Scytale caput *ſuperne ſquamis maximis, multangulis, polymorphis tectum*; abdomen et cauda *ſcutis transuerſalibus ſubtus teguntur*; cauda *craſſa cylindrica.*

In repentibus genus lacertae, quod Cl. LINNAEVS coniunxit in noua genera ſubdiuidit, Cl. KLEINIVM in multis ſecutus, uti enim lacerta animal quadrupes caudatum, cauda conica elongata verticillata, et pedibus pentadactylis unguiculatis, linguaque biſida inſtructum ſit; ſic reliqua animalia variis modis ab ea differunt. *Crocodilus* caudam ancipitem in ſegmenta diuiſam pedes poſteriores non nunquam natatorios et linguam nullam obtinet. *Scincus* caudam conicam non verticillatam ſquamoſam et linguam

latam acuminatam integram habet. *Chamaeleon* praeter caudam conicam intortam non verticillatam, lingua oblongo ſubrotunda extenſili et retractili quaſi vermiformi inſtructum eſt. *Salamandra* linguam latam indiuiſam et caudam non verticillatam oſtendit. *Cordytus* lingua carnoſa apice rotundato inſtructa et indiuiſa a prioribus potiſſimum differt. *Iguana* vero praeter corpus minutiſſime ſquamoſum ſuperne in dorſo, capite, et ad gulam appendiculam ſiue criſtam, linguam quoque integram et latam obtinet.

XIII.

Catalogus plantarum horti academici et agri Gottingenſis deſcriptus a IOHANN GOTTFRIED ZINN, M. D. Med. et Bot. P. P. O. Acad. reg. ſcientiar. Berol. Sodali et Soc. reg. ſcientiar. Gotting. membro extraordinario. Gottingae ſumtibus viduae Abr, Vandenhoek. 1757. 8. alph. 1 pl. 6½. tab. aen. 1.

Quem alias laudandi varias occaſiones habuimus Cl. Auctorem, nunc denuo in exponendis plantis, ſumtu publico in hortum academicum Gottingenſem illatis, et in vicinis locis ſponte creſcentibus, perutiliter occupatum inuenimus. Quo autem et melius dignoſci illae poſſint, et aliorum etiam ſtudiis promouendis commodius inſeruire, methodica earum facta eſt relatio. Ex cunctis, ſunt autem permultae, ea potiſſimum arriſit Cl. ZINNIO, quae naturam ſequitur et affinitates plantarum luculentius prodit, quare adoptauit praeceptoris Ill. HALLERI methodum, eamque vel auxit, vel, ubi res ita iubere videbatur, correxit. Claſſium definitiones breues, nec non generum characteres pariter conciſi additi ſunt, quo tyronibus pateat in difficili diſquiſitione

ne facilis via, in primis, quando eſſentiales generum characteres adiiciuntur. Neque tamen mera nominum recenſio hic legitur, ſed ſpecifica et ſynonima, ex LINNAEO, HALLERO, noua Cl. Auctoris, ex BAVHINO, TOVRNEFORTIO, aliisque, qui ſingulae plantae denominationem uſitatam propoſuerunt. Promittit tamen Cl. Auctor, et ſperamus eum his ſtaturum eſſe promiſſis, ſpecies aliquas nouas ſeorſim deſcribere, et cryptogamiarum quoque, quae hic praetermiſſae ſunt, claſſem uberius declarare, quod pariter ob indefeſſum eius laborem doctrinae botanicae ornamento et augmento futurum eſſe praeuidemus. Sed, quo euidentius conſtet, quae in hoc libello praeſtita ſunt, en breuem methodi ſciagraphiam, quam, ſi cum Halleriana conferre libet, quantum conueniat diſcrepetque, non obſcure poterit intelligi.

In uniuerſum omnes plantae diſtinguuntur in apetalas et petaloideas. *Claſſis* itaque *prima* inter apetalas recenſet amentaceas et quidem *coniferas* primo ordine, ſecundo *iuliferas*. *Secunda* claſſis *nucamentaceas* proponit, quo nomine comprehendit Cl. Auctor plantas relatiuas monophytas aut diphytas, quarum fructus in aliis nux eſt, in aliis vero ſemina ex placenta communi plura, ſquamis interpoſitis. Hanc claſſem ad iuliferas retulerat Ill. HALLERVS, huc autem referuntur Xanthium, Ambroſia, Iua, Parthenium, Micropus. Claſſis *tertia apetalas calyciſloras* diſquirit, ſtamina plerumque cum ſegmentis calycis conueniunt, tubae duae vel tres inſunt, et fructus vix non ſemper bacca eſt, ſeminibus tot, quot ſtigmata inueniuntur. Diſtinguitur in ordines, quorum primus exhibet *vepreculas* Cl. LINNAEI V. C. Empetrum, Viſcum, Buxum cet. Ordo ſecundus differt calyce quadri vel quinquifido, ſegmentis acutis in fundo calycis capſula vel bacca. Ordo tertius ſtylos tantum duos ex fructu ſicco monoſpermo

 producit,

producit, quartus autem arboreas adducit, quae, licet prioribus multum ſimiles ſint, varia tamen ratione anomalae inueniuntur. *Quarta* porro claſſis delineat *ſarmentaceas* plantas, quo nomine comprehenduntur apetalae iſoſtemones, ſtaminibus quatuor ad ſex, tuba una ad tres inſtructae, quae caules plerumque volubiles aut ſarmentoſos habent, floresque in racemis gerunt. Huc referuntur cannabis, lupulus, vitis, aliae. In *quinta* claſſe exponuntur *oleraceae*, itidem apetalae, calyce quadri vel quinque partito, ſexu variantes, ſtaminibus tot, quot partes calycis, plerumque elaſticis, ſtylis duobus vel tribus, ouario in calyce ſicco, monoſpermo. In his flores in glomeres congeruntur ad alas foliorum, aut in racemis. Beta, Spinachia, Chenopodium cet. ex-
p. 36. emplum ſunto. Hic recenſetur etiam Camphorata LINN. eiusque deſcriptus character emendatur: obſeruauit enim ad alas foliorum glomerulos Noſter, et quidem cuilibet floſculo a latere foliolum maius adſtat et calyx ineſt quadrifolius, duobus maioribus totidemque minoribus conſtans foliolis, ſtaminibus pariter quatuor, ſtylis duobus capſula monoſperma. *Sexta* claſſis continet *vaginales*, quarum caulis geniculatus per interualla vaginis exornatur. Harum calyx quinque aut ſexpartitus eſt. Saepe coloratus, ſtamina quinque ad octo, tubae duae vel tres, fructus monoſpermus. Rheum, Lapathum hic occurrunt, nec non Biſtorta, Perſicaria, Fagopyrum, quae tria tanquam diſtincta genera recenſentur. Ob habitum tandem licet petala habeant, Mollugo, Pharnaceum, Corrigiolaque ſimul adducuntur. Ab his in claſſe *ſeptima* progreditur Cl. Auctor ad *tricoccas*, quae potiſſimum fructu tricocco, triloculari ſeſe diſtinguunt, cum ſtaminum numerus, ac petalorum praeſentia variet. Ob habitum conuenientem etiam huic claſſi, ut in naturali ſolet fieri methodo, anomalas quasdam plantas ſubnectere fuit coactus, v. c. Thelygonum,

num, Asarum, Aristolochiam. *Octaua* classe expo p. 53.
nuntur *inundatae* LINN. hae ex solo natali, quod in stagnis aut paludosis locis est, nominantur, peracta floreſcentia sub aquam seſe recondunt. Caulem habent herbaceum, flores in alis foliorum aut in spica, stamina unum ad octo, semina saepe nuda, totidemque tubas. Agmen tandem apetalarum plantarum p. 58.
in *nona* classe claudunt *Gramineae*, in gramina atque graminibus adfines diuisae. Illa in calyce biglumi, plerumque folliculum continent biualuem, stamina tria, stylos duos, unicumque semen. Vlteriores diuisiones a numero florum in locustis deprehendendorum, desumuntur, siquidem locustae sint uniflorae, vel multiflorae. Nomina hic generica Ill. LINNAEI retinuit, cum iisque Halleriana coniunxit. Plantae vero, quae graminibus adfines dicuntur, licet quoad reliqua conueniant, in flore diuersitatem obtinent, quippe qui sexu distincti sunt, stylo unico semineque, vel semen unicum est ad unicam glumam, vel semina unicum aut varia capsulis tecta, cum flore apetalo sexfolio, staminibus tribus vel sex. Referuntur nempe ad has inter alias plures, Zea, Coix, Carex, Cyperus, Schoenus, Iuncus, Triglochin cet.

Petaloidearum plantarum sequens est subdiuisio. p. 83.
In classe *prima* nominantur *palmae*, quae caulem simplicem gerunt, fructificationes autem in spadice cum spatha perficiunt. e. g. Arum, Calla, Phoenix, Musa. *Secunda* classis comprehendit *Orchideas*, quibus p. 85.
petala quinque aut quatuor data sunt superiora in cucullum conniuentia, sextum inferius cauum et nectariferum, quod continet machinam duorum staminum, stigma concauum. Dispositionem generum Ill. HALLERI hic sequitur Noster. *Tertia* classis tra- p. 89.
dit *Liliaceas*, quae duorum sunt ordinum; fructum enim sub flore positum obtinent, aut intra florem. Priores florem vel tristemonem vel hexastemonem ferunt, posteriores aut flores nudos solitarios, et

quidem hexapetalos, ſiue ad baſin diuiſos, campa-
nulatos, vel monopetalos, aut flores nudos planos,
eosque aliquando aggregatos, vagina communi ex-
p. 111. ceptos. Has ſequuntur in *quarta* claſſe *tripetaloideae*,
harum petala tria, ſtamina plura paucioraque ſemper
in proportione terna habent, tubas autem tot, quot
loculi aut ſiliculae. Claſſis haec inter Liliaceas et ſe-
quentem multiſiliquam ambigit. Ex hac claſſe Stra-
tioten et Hydrocharin iam alibi curatius deſcripſit
p. 114. Noſter. *Quinta* porro claſſis *rhoeadum* nomen acce-
pit, cui quae inſunt plantae, androgynae omnes in-
ueniuntur, calyce deciduo, ſtaminibus petalis nu-
meroſioribus, ſtylo nullo, ſtigmatibus autem tot,
quot loculi ſunt capſulae polyſpermae. Praeterea
p. 117. omnes ſomnum inducendi efficaciam poſſident. Hanc
excipit *ſexta claſſis*, quae *multiſiliquas* comprehendit
plantas, quarum ſcilicet ſtaminum numerus illum
petalorum ſuperat, et poſt ſiliculam vel polyſpermam
vel monoſpermam producit. Haec in tres iterum
ordines ſecedit, *primus* offert multiſiliquas ſiliculis
non dehiſcentibus, monoſpermis, liberis inſtructas,
alter multiſiliquas ſiliculis polyſpermis dehiſcentibus,
inter quas flores vel nectario inſtruuntur, vel eodem
carent, *tertius* multiſiliquas ſiliculis non dehiſcentibus
monoſpermis, receptaculo communi affixis, quas
gymnopolyſpermas nominant, in his petala et ſtamina
ex ambitu receptaculi oriuntur, vel ſtamina plura ex
calyce oriuntur petalis quinque comprehenſa: has Cl.
Auctor *ſenticoſas* nominat et geum, comarum, po-
p. 141. tentillam, roſam aliasque huc retulit. In *ſeptima*
*claſſe** proponuntur *pomiferae*, quae in tres ordines,
umbili-

* Haec claſſis forte ex errore typographico inſcribitur Claſſis VI. et ſic reliquae, itidem a claſſe nona vel decima reliquae claſſes numeris non diſtinctae ſunt, nos, ut claſſium conſtitutio eo facilius pateat, reliquas, numeris additis, expoſuimus.

umbilicatas ſcilicet et *non umbilicatas* atque heſperides abeunt, priorum fructus pulpoſi calyce coronantur, poſteriorum ouarium intra calycem deciduum cauitate remouetur, et tertii ordinis heſperidum citrum continent. *Octaua* claſſis *multiloculares* recenſet, quae praeter id, quod polyſtemones ſint, fructum capſularem ſiccum uni aut multilocularem ferunt. Hic Ciſti tres ſpecies adducuntur melius determinatae. In *nona* claſſe *columniferae* exponuntur, quas alii vulgo maluaceas nominant et plerumque emollientes vires habent: In *decima* occurrunt *ſucculentae*, quarum caules foliaque aqueo ſucco turgida atque carnoſa exiſtunt. Harum *ordo primus cactos* habet, quarum calyx monophyllus, corolla ex eodem polypetala, eſt, cui etiam ſtamina inſeruntur, fructus autem ſub calyce haeret. *Ordinis ſecundi* plantae petalis inſtruuntur liberis et ſtaminibus receptaculo inſertis: *ordo tertius ſucculentas dyploſtemones* et ob analogiam *iſoſtemones* aliquas affert. Sequuntur hanc claſſem ob rationem ſtaminum variae, omnes dyploſtemones et quidem *undecima multiloculares*, *duodecima odoras* adfert, quae nempe in flore, quinario et quaternario partium numero ludente, loculis fere tot, grauem de ſe ſpirant odorem, *decima tertia* complectitur *alſinaceas*, quarum nota conſiſtit in calyce quinquefolio, petalis quinque, ſtaminibus bis tot, tubis tribus ad quinque, capſula uniloculari, plerumque folia ſunt oppoſita: *decima quarta caryophyllaeas* tradit, quae calyce inſtruuntur monophyllo, tubuloſo, petalis quinque, ſtaminibus decem, ſtylis duobus ad quinque, capſula uniloculari: *decima quinta* exponit *caliciflo*ras, ubi nempe in calyce monophyllo, corolla haeret pentapetala, et ſtamina bis tot, ſtigmata loculis fructuum ſub calyce poſitorum, analoga: *decima ſexta bicornes* proponit; exiguus calyx corollam monopetalam tenet, cui aut receptaculo ſtamina adfiguntur, antherae duas ſetas habent, unica ineſt tuba,

p. 146. p. 151. p. 161. p. 173. p. 184. p. 188. p. 197. p. 200.

p. 204. ba, fructus quadri vel quinquelocularis: *decima ſeptima oligoſtemones trihilatae* inſcribitur, in his calyx in quinque partes diuiſus, petala quoque quinque ſunt, ſtamina numero quinque, ſeptem vel octo, ſtylus unicus, fructus autem bi vel trilocularis, alatus, echinatus vel angulatus, ſaepe circa germen nectarium ponitur. Trapa huc refertur, in qua tamen fructus unilocularis eſt. Praeterea anonyma planta deſcribitur, quae multa habet cum Ptelea communia, quam ob rem *Pteleae ſimilem* vocat Cl. Auctor, *foliis ternatis, fructu trihilato.* Fert autem calycem pentaphyllum, corollam pentapetalam, ſtamina quinque, ſtylum unicum ſtigma quadrifidum, capſulam
p. 207. tri vel quadrilocularem. In *claſſe decima et octaua* occurrunt *iſoſtemones cymoſae*, quod flores in cymas et racemos congeſti conſpiciuntur, eorum partes numero quinarii ſunt, ſtylus unicus, fructusque pulpo-
p. 212. ſus. *Decima nona* claſſis refert de *umbelliferis*, quarum diſpoſitio partim ex umbellis fit, partim ex ſeminibus. Habent enim umbellas vel *obſcuras*, ut Phyllis et Hydrocotyle, vel manifeſtas, in quibus poſterioribus ſunt, α) ſemina gibba, ſtriata, inuolucro nullo; β) ſemina gibba ſtriata, inuolucro alterutro aut utroque; γ) ſemina gibba, ſtriata, margine alata; δ) ſemina quatuor aut pluribus alis armata; ε) ſemina plana, margine cincta; ζ) ſemina aculeata; η) ſemina hirſuta; ϑ) ſemina roſtrata; ι) adduntur ſeminibus inſtructa, quae receptaculo communi paleaceo inſeruntur, ut Eryngium, cum quibus ultimo loco
p. 229. iungitur dipetala Circaea. Affinitate conueniunt *iſoſtemones ſtellatae*, in claſſe *viceſima*, quae duo ſemina connata gerunt, corolla autem eſt monopetala. Folia plerumque verticillatim ponuntur et vires adſtringentes ſunt. Inter Aſperulas noua eſt ſpecies, a Cl. Auctore in Comment. Acad. Gotting. Tom. V.
p. 235. deſcripta. Claſſis *viceſima prima conglomeratas iſoſtamones*, multum praecedentibus affines enumerat, flores

flores enim, quadrifida corolla, ſtaminibus quatuor et fructu biloculari, in ſpicas vel alas congeruntur. Porro *iſoſtemones companaceae* ſequuntur in claſſe *vi-* p. 238.
ceſima ſecunda, in fructu quamuis ſit diuerſitas, ut quandoque ſub flore ſit, quandoque intra florem, ob reliquarum partium analogiam tamen coniunguntur. In claſſem *viceſimam tertiam* congeruntur plantae *iſo* p. 245.
ſtemones cucurbitaceae, omnes monoeciae, caule ſcandente. Melothria cum Bryonia coniungitur et paſſiflora his additur, claſſem *viceſimam quartam* conſti- p. 249
tuunt *iſoſtemones rotaceae*; reducuntur hic infundibuliformes, quae fructum polyſpermum intra florem maturant: *viceſimam quintam* claſſem *iſoſtemones aſpe-* p. 255.
rifoliae occupant, *ſextam iſoſtemones ſolanaceae*, qua- p. 261.
rum fructus ſaepe bilocularis ſiccus aut pulpoſus eſt, ſemina ad axin adhaerent. In iis obſeruatur grauis odor et vires anodynae, immo narcoticae. Inter alia ſingularis Verbaſci ſpecies adducitur, quae folia ſeſſilia longe acuminata ſerrata habet, et flores fert in raram ſpicam diſpoſitos, ſolitarios, ſtaminum barba purpuraſcente, nondum deſcripta. Deinde re- p. 268.
cenſentur claſſe *viceſima ſeptima iſoſtemones dicarpae* *ſeu contortae*; his datur calyx quinquepartitus, corolla quinquifida, et ſtamina circa ſe acceperunt nectaria caua, antherae eorum conniuent vel connaſcuntur, ſtigmata duo reperiuntur, fructus folliculos ſiſtit duos polyſpermos, ſeminibus pappoſis. Diſtinguunt ſeſe flore irregulari tetra vel pentapetalo plantae claſſis *viceſimae octauae*, nempe *iſoſtemones* p. 271.
flore diſformi quibus omnibus nectaria inſunt, ob quam rationem additur Epimedium, ſtaminumque antherae conniuent. Poſt iſoſtemones nunc recen- p. 274.
ſentur claſſe viceſima nona *meioſtemones*; his ſemper, quotquot ſint laciniae vel ſegmenta floris, duo inſunt ſtamina, corolla infundibuliformis et fructus bacca intra florem. Aliquae plantae ex his didynamiarum numero ſunt inſertae. In *didynamiis* autem,

quarum

quarum locus in *claſſe triceſima* conſtituitur, calyx eſt monophyllus, corolla monopetala bilabiata, ex quatuor ſtaminibus duo altiora, unicusque ſtylus. Diſtribuuntur in duas iterum claſſes, prior capſularem
p. 276. fructum, poſterior ſemina gerit quatuor nuda. *Angioſpermae* capſulam uni aut bilocularem maturant. Inter Scrophularias, quae huc pertinent, nouam aliquam ſpeciem additam inuenimus. *Scrophulariam* nempe *foliis pinnatis, calycis ſegmentis ouatis, flore ventricoſo, ſquamula transuerſim latiore.* Huius tuba recta, ſtigmate inſtruitur hamato, recuruo, et a Cl. ZINNIO in Comment. Acad. Gotting. Tom. V. de-
p. 289. ſcripta extat. *Gymnoſpermae*, quas etiam verticillatas nominant, in claſſe *triceſima prima* recenſentur, et vix non omnes vires aromaticas, roborantes poſſident. Sunt illae varii generis, aut enim galea deſtituuntur, aut ea trifida eſt, aut erecta, integra vel emarginata, aut tandem profunde fiſſa. Proximum
p. 319. ab his locum occupant *tetradynamiae ſiliquoſae*, in claſſe *triceſima ſecunda*, has ipſe fructus diſtinguit, ſi breuis, ſubrotundus, oblongus eſt, *ſilicula* dicitur, ſi longior, teres *ſiliqua*, prioris ſtigma obtuſum, poſterioris fere nullum, ſeſſile deprehenditur. Ab his
p. 339. patet via ad *papilionaceas diadelphias*, in claſſe *triceſima tertia* deſcriptas, cum quibus iunguntur in claſſe *triceſima quarta* aliquae floris et fructu analogia cum prioribus conuenientes, nempe *papilionaceis adfines*, quae tamen corolla, ſtaminibus et partium vario ſitu diſcrepant. v. c. Amorpha, Mimoſa, Fumaria, Polygala cet. Supereſt deinde magna plantarum familia, quae florum capitula plerumque collecta expli-
p. 376. cant, in duo quaſi agmina ſeparantur. Ex his in claſſe *triceſima quinta* deſcribuntur *aggregatae* ſeu *dipſaceae*, quo nomine non tantum flores in capitulum collectos indicare voluit Cl. Auctor, ſed etiam paniculatos, ſi ſinguli ſquamis diſtincti et communi receptaculo innati fuerint. Corolla in plurimis monopetala

nopetala, raro pentapetala occurrit, ſtamina corollae innaſcuntur quatuor vel quinque, ſed libera quoad antheras. *Aſterocephali* nouae quaedam ſpecies deſcribuntur. Tandem claſſe *triceſima ſexta* et ultima *ſyngeneſia* LINNAEI, in quibus ſcilicet flores ſunt compoſiti et antherae in cylindrum coalitae, explicantur, quae ex propoſita diſtinctione Ill. HALLERI in quatuor iterum ordines ſecedunt α) *capitatas*, quarum floſculi omnes tubuloſi, limbo quinquifido, capitulum autem oblongum, ventricoſum obſeruatur; β) *corymbiferas*, in quibus floſculi tubuloſi, breues aut androgyni, limbo quinquifido inſtruuntur, aut in ambitu feminini fiſtuloſi, in capitulum planum, latum, non ventricoſum congeruntur; γ) *radiatas*, quarum flores in diſco tubuloſos, quinquifidos, androgynos, in radio lingulatos, femininos aut abortiuos conſpicimus; δ) tandem *planipetalas* ſeu *cichoreaceas*, in quibus floſculi omnes aequales lingulati androgyni, apicem quinquedentatum habent. Singularis additur animaduerſio, omnes has plantas lac ſtillare, ſi ſauciantur, amaras eſſe atque ſaponaceas. p. 382.

Non deſunt in deſcriptionibus ſpecierum hinc inde obſeruationes aliquae, quae illarum differentias ſufficienti ratione indicent, quas omnes exſcribere ea propter non eſt viſum neceſſarium, quod hoc etiam libello botanices amici carere nolint, quum optime perſpiciant, ex pluribus demum obſeruationibus characteres certos et ad faciendam diſtinctionem idoneos exſiſtere poſſe, quo ambiguitas denominationum, vagis quandoque inſiſtens notis, ſenſim ex illa doctrina proſcribatur penitus. Interim et haec enumeratio documento eſt, ſollicitam contemplationem corporum naturalium maiorem ſemper eorum affinitatem manifeſtare.

XIV.

XIV.

Diſſertatio epiſtolaris de vaſis lymphaticis glandulisque conglobatis ad virum illuſtrem ac celeberrimum ALBERTVM DE HALLER, ſocietatis regiae ſcientiarum Göttingenſis praeſidem, ſenatus ſupremi reipublicae Bernenſis et academiarum ſcientiarum imperialium ac regiarum plurimarum ſpectatiſſimum membrum a IOANNE FRIDERICO MECKEL, Med. D. ac Prof. Berolin. typis Io. Henr. Gaebert, 1757. 4. pl. 3.

Neminem in corporis humani diſquiſitione occupatum latet, quanta tum NVCKII tum RVYSCHII in glandularum perſcrutatione fuerit ſolertia, quarum prior ſpongioſam, alter vaſculoſam iis tribuebat ſtructuram, ut ſuperuacanea aliorum denuo ſuſcepta opera videri poſſet. Quum vero Cl. Auctori digna, quae ulterius inueſtigetur, viſa fuerit doctrina, de lymphaticorum vaſorum natura prius, ad glandularum ſtructuram contemplandam quam ſe conuertit, exponit.

Habent autem vaſa lymphatica tenuem, pellucentem, rigidamque membranam, quae diſtentioni valide reſiſtit, et contenta liquida vehementer urget, et quod robur illud prae venis ſanguiferis eſt excellentius, et, notante Cl. NVCKIO, cum magnitudine canalium creſcit, valuularum virtus inde perſpicitur. De his tamen, quum ab aliis iam actum ſit, nunc varietatem ſitus et frequentiam earum tantum ſibi contemplandam ſumit Noſter, et quae de diſtributione lymphaticorum vaſorum cognouerit, explicat.

p. 4. Deſcribit ea propter vaſa femoris lymphatica, quae reliquis longiora inueniuntur, ſiquidem tres quatuor-

quatuorue eorum a genu ſurſum, ſesquialterum pedem longi repunt. Ex confluentibus autem minoribus, in tela celluloſa circa genu et tibiam decurrentibus, vaſculis exoriuntur trunci, qui *vas lymphaticum ſubcutaneum femoris longum* efficiunt. Hoc, licet in progreſſu diuidatur iterumque coeat, nullam tamen glandulam adit uſque dum in parte femoris ſuperiori ad glandulas ſubcutaneas deuenerit. Ingreditur has vel ſimplex, vel ante ingreſſum in ramos, ad acutiſſimum angulum ſecedentes, fiſſus, ſuaque intus diſtributione plexum atque ſtructuram glandulae format: collecti hi in unum vel plures trunculos iterum ex glandulis abeunt, atque ad abdomen tranſeunt. Quare concludit Noſter, *vaſa lymphatica ortum ſuum ex celluloſa minimis ſurculis ſumere lymphaeque in hanc exhalatae utili adhuc et a nutritione ipſius celluloſae reſidiae reuehendae deſtinata eſſe.*

Eodem modo lymphatica cubiti repleta fuere, quorum rami, ubi in vas maius hiat oſtium, valuula muniuntur, qua ſuperata in celluloſum contextum aditus patet, nec non communicantes ductus inueniebantur, per quos ſurſum deorſumque lymphae progreſſus concedebatur. His itaque deſcriptis ipſa- p. 6.
rum glandularum lymphaticarum ſtructuram uberius declarat Noſter: obſeruauit nempe, mercurio in vaſa lymphatica immiſſo, totam glandulam ſenſim intumuiſſe ita, ut adhibito quoque microſcopio plexus vaſorum apparuerit, varia ratione implicitorum. Aut enim minores nodoſi ramuli maioribus interſeruntur; aut in altera ſuperficie tenuiſſima vaſa plexum faciunt, in altera maiora; aut ex minimis unus fit trunculus, quem *ductum excretorium* glandulae vocat. Exitus tamen iterum multum variat, quam varietatem pluribus delineat, ſimulque monet, nunquam in vaſa ſanguifera penetraſſe mercurium, iniectionem vero arteriarum ac venarum factam non impediuiſſe.

p. 10. Denique vaſorum lymphaticorum finis conſideratur a Cl. Auctore, qui pro partium differentia diuerſus exiſtit, ſiquidem vel maiores ductus lymphatici, vel minores ramuli tantum in venas terminentur. Singulari id exemplo vaſorum lymphaticorum ventriculi illuſtrat, et accurate deſcribit, quippe cuius vaſa lymphatica repleta in ventriculi venas humorem immiſſum ablegarunt. Ex quo ſimul liquido conſtare aſſerit, qui euenerit, ut poſt COWPERVM Cl. TARIN, ductum thoracicum per vaſa arterioſa et venoſa replere potuerit. Vſum autem lymphae, in venas effuſae eum eſſe dicit, ut ſanguis venae portarum diluatur. Porro ductus thoracici progreſſus in variis locis lymphaticorum vaſorum inſertorum congeriem habet, neque tamen omnes ſuperiorum partium trunci lymphatici cum dicto thoracico communicant ductu, ſed, ut axillarium glandularum et cum his communicantium vaſorum lymphaticorum exem-
p. 15. plis conſtat, in venas maiores deſinunt. Sic primus deſcripſit Noſter trunci eiusmodi axillaris ſiniſtri in venam ſubclauiam ſiniſtram inſertionem, dextri pariter in ſubclauiam vel iugularem. Occurrit hinc plenior nec alibi dicta horum vaſorum pertractatio, quae ad glandulas colli et axillarum, tanquam plexus vaſorum lymphaticorum, minimorum, in glomeres cum ſanguiferis vaſis celluloſae telae ope collectorum, pergentes in venas abeunt.

Omnes autem hi ductus eam praecipue utilitatem habere videntur, ut elaborationi lymphae, in celluloſam telam exhalantis, inſeruiant. Nihil tamen amplius monemus, cum verum breuis libelli pretium abunde pateat.

XV.

XV.

De venis lymphaticis valuulosis et de earum in primis origine. Auctore ALEXANDRO MONRO, Iun. M. D. et Prof. Anat. Edimb. Berolini. Impr. Christ. Frid. Henningius, 1757. 8. pl. 4.

Eadem quum sit in hoc doctissimo opusculo de venis lymphaticis sententia, quum porro in eodem theatro Berolinensi ab utrisque Cll. viris instituta fuerint tentamina, ad perfectiorem reddendam notionem de vasis lymphaticis huius cum priori simul mentionem facere libuit. Suspicio autem alius vasorum lymphaticorum, quam quae vulgo putatur, originis iam ante quadriennium enata fuit Cl. MONRO, quum, immisso in venam spermaticam hydrargyro, eundem per venas lymphaticas rediisse obseruaret, nec non porro eundem ex arteriis ad venas sanguineas, intactis lymphaticis, propelli, effusam autem in cellulosam telam venas lymphaticas semper replere, videret. Enatam autem inde opinionem venas lymphaticas systema vasorum absorbentium esse iam anno huius seculi quinquagesimo quinto in dissertatione *de testibus et de semine in variis animalibus* breuiter proposuit, nunc plenius explicauit. Historiam itaque praemisit vasorum lymphaticorum Cl. Auctor, quid MALPIGHIVS, NVCKIVS, COWPERVS, aliique permulti de iis statuerint, candide ex ipsis fontibus hauriens atque exponens. Deinde argumenta theoretica, ex phaenomenis venarum lymphaticarum expendit, iunxitque experimentorum, quibus venarum lymphaticarum cum arteriis coniunctio adstruitur disquisitionem, tandem venas lymphaticas valuulosas ubertim in corpore obuenire ostensurus. Quum vasa lymphatica, in sensus incurrentia p. 10.
vere venae sint, BOERHAAVIVS exinde concluſit,

adeſſe debere arterias, ſed dantur venae abſorbentes, cum arteriis non connexae: nec ex ſubtilitate arteriarum, humores pellucidos vehentium, indubitata deſumitur argumentatio, cum in pluribus locis per valuulis deſtitutas venulas humores redeant: nec ſecretiones abſolute tales venas requirunt, quum in aubus, non obſtante defectu vaſorum lymphaticorum valuuloſorum, ſecretiones fiant. Poſt mortem autem, quare lymphae motus aliquis ſuperſit, aut quare in calidi adhuc cadaueris vaſa iniecta aqua ad vaſa lymphatica tranſeat, ex reſorptione non aegre colligitur. In non nullis praeter ea venis valuulae ſunt illis in locis, ubi muſculorum ſuccuſſibus, arteriarumque ictibus ſubiiciuntur, aut externa comprimens cauſſa progreſſum humorum erat impeditura: at venae lymphaticae ubique valuulas obtinuerunt copioſiſſimas. Quare non immerito ſingularis ille mechaniſmus indagandus eſt, quem Ill. HAMBERGERVS in robore vaſis ſubtilibus dando quaerebat, quem tamen in progreſſu liquorum contentorum conſpici
p. 19. aperte demonſtrat Cl. Auctor, quod nempe in ratione numeri valuularum augeatur effectus preſſionis externae. Sic enim fieri poſſe, ut leuiſſimus motus, preſſio aut percuſſio organi vicini lympham promoueat. Experientia quoque confirmat vix vas lymphaticum, mercurio repletum, leuiter attingi, quin ille adſcendat. Ex quo conſequitur, ut externarum cauſſarum ope indigeant vaſa ad ſui progreſſum, quum ab energia cordis liquores contenti non urgeantur. Quid? quod in cerebro, ubi tenuiſſima alias vaſa ſunt, lymphatica deficiunt, certe extitura et copioſa forſitan, ſi eorum ortus ex arteriis reflexis deberet deriuari.

p. 22. Nihilo tamen minus multa anatomicorum experimenta connexionem cum arterioſis vaſis certam reddere viſa ſunt, quae tamen, re ſtudioſius perpenſa a Cl. Auctore in ſuae ſententiae partes tuendas adhiberi

hiberi poſſe demonſtrantur. NVCKIVS in lienis arteriam flatum immiſſum veſiculas eleuare vidit, ſed celluloſa in eo viſcere tela copioſa adeſt, quae inhalantes venas eſſe lymphaticas arguat: in quam rem ſimul conſpirant experimenta Cl. MORGAGNI, ex quibus cum ſubſtantia celluloſa lienis nexum eſſe venis, non autem cum arteriis, attamen cum vaſis lymphaticis, colligitur. Alio exemplo COWPERVS exp. 29.
arteria in venam ſpermaticam ſe mercurium demittere non poſſe confeſſus eſt, ſed ex vena promte in vas lymphaticum. Prius ſibi tamen reſpondiſſe confirmat Noſter, et tunc nulla vaſa lymphatica ſimul repleri, ruptis autem venis, vaſa lymphatica turgeſcere atque hydrargyro diſtendi potuiſſe. NVCKIVS, quod ex poris et particularum figuris explicare rem annixus eſt, pariter fine ſuo excidit, et b. LOESEKE, p. 31.
quum arteriarum facta iniectione ſe hepatis vaſa lymphatica repleuiſſe putaret, non ſatis attendit, valuloſa vaſa ex iniectionis fallacia quadam, non infrequenti, ſic apparuiſſe: nec melius ex ligatura venae portarum DIEMERBROECKIVS et HEISTERVS phaenomeni explicationem deduxerunt. Siquidem tum horum tum aliorum, quorum experimenta referuntur, virorum eo demum tempore iterum cum ſucceſſu tentata fuerunt, quando prius vaſis ruptis in telam celluloſam liquor infuſus effluxerit. Id, quod magis adhuc confirmant tentamina, cum variis viſce- p. 37.
ribus ſuſcepta, v. c. in hepate, nec non ventriculo, cuius, ut etiam inteſtinorum craſſorum, vaſa lactea, contingente prius extrauaſatione, feliciter repleuit Cl. Auctor. Nec color rubicundus lymphae aliud quid ſuadet, quippe quem facta demum vaſorum ruptura talem fieri poſſe conſtat, indoles autem fluidi lymphatici peculiaris eſt, quod aliae partes a venis bibulis abſorbentur. Immo ſuperſunt phaenomena p. 44.
ex quibus lymphatica vaſa ex corporis interna ſuperficie contentos ſuccos haurire palam fit: quum per

ureterum, ductuum biliariorum, penis cellularum repletionem, factam esse vasorum lymphaticorum distensionem varii adfirment. Venae lacteae certissime resorbent, cur non etiam lymphaticae? Morbi id testantur, virus venereum ad glandulas fertur, variolarum, insitione communicatum virus saepe glandulas axillares tumere facit, antequam febrim accendat, ab epispastico, capiti imposito medicamento glandulae conglobatae colli, a paronychia axillares, ab aliis morbis vicinae glandulae intumuerunt, ut et propter vere colligatur, *vasa lymphatica valvulosa per totum corpus venarum absorbentium systema efficere.*

p. 52. Ne tamen theoretice tantum haec disputata esse videantur, practica quoque consectaria quaedam inde deduxit Noster, de luis scilicet venereae, pestis et variolarum miasmate ad glandulas delato, ubi simul quid ex suppuratione et excisione glandularum in similibus morbis sperandum sit, egregie exponit.

Tandem, ut quae iam meditatus est, de vasis lympaticis, glandulis, nec non vasis lacteis, super ventriculum et intestina decurrentibus, eorundemque per mesenterium progressu, breuique se editurum promittit Cl. MONRO velit quantocyus expedire, anxie optamus. Denique, quum hic Noster vasorum tenuissimorum origines certas reddiderit, et Cl. praeter ea MECKEL ulteriores eorum decursus curatius perueſtigauerit, quantum quidem utrique in nouae huius doctrinae dilucidatione laudis tribuendum sit, poterit obscurum esse nemini.

XVI.

XVI.

JOHANN HEINRICH GOTTLOB *von* IVSTI, *Königl. Großbrittanniſchen Bergraths und Ober-Policey-Commiſſarii, wie auch Mitgliedes der Königl. Großbrittan. Geſellſchaft der Wiſſenſchaften zu Göttingen, Grundriß des geſamnten Mineralreiches, worinnen alle Foſſilien in einem, ihren weſentlichen Beſchaffenheiten gemäßen, Zuſammenhange vorgeſtellet und beſchrieben werden. Göttingen, im Verlag der Wittwe Vandenhoeck, 1757. 8. 14 Bogen, ohne Zueignungsſchrift und Vorbericht.*

h. e.

Sciagraphia totius regni mineralis, in qua omnia foſſilia, ordine, cum eorum qualitatibus eſſentialibus conueniente, ſiſtuntur et deſcribuntur. Auctore de IVSTI.

Cl. *de* IVSTI, cuius merita circa res naturales aliasque ſcientias ſatis nota ſunt, cum foſſilium amatoribus communicat elementa ſua mineralogiae, quae in uſum auditorum ſuorum exarauit. In praefatione memorat recentiores ſcriptores, qui parem ſuſceperunt laborem, ſed Cl. Auctori in omnibus non ſatisfecerunt. Inter hos primum locum occupat Cl. LINNAEVS, cuius ſtudium et operam quidem laudat, de eius tamen ſyſtemate regni mineralis monet, id minime cum ſyſtemate regni vegetabilis comparandum eſſe. Hunc excipit Cl. WOLTERSDORFF, qui tabulas mineralogicas edidit, quae vero nimis breues Noſtro videntur. Idem fere aſſerit de laboribus Cl. LEHMANNI et Cl. CRAMERI, quos mineralogiam non de induſtria, ſed quaſi in tranſitu explicaſſe perhibet. Sequitur Cl. WALLERIVS. Hunc

peculiare quidem et ſatis completum diuulgaſſe mineralium fatetur ſyſtema, quod omnem laudem meretur: ſed multa in illo corrigenda et mutanda inuenit Cl. Auctor; licet eum in multis ideo excuſandum putet, quod duce, cuius veſtigia premere potuiſſet, caruerit. Periculum igitur ipſe fecit, nouumque elaborauit ſyſtema, cuius ſciagraphiam nunc cum lectoribus communicat. Dolendum tamen conſpectum, ſiue tabulam ſynopticam illum non adieciſſe, ex qua ordo et totius ſyſtematis diſpoſitio cognoſci queat, qua certe memoriam multum ſubleuaſſet. In *introductione* patefacit viam, qua ad cognitionem regni mineralis peruenire debemus. Ad regnum minerale refert omnia corpora terreſtria atque lapidea, quae in noſtro terrarum orbe, quem habitamus, reperiuntur. Etſi corpora ad hoc regnum pertinentia omni vitali ſenſu deſtituuntur, multae tamen in illo quotidie fiunt mutationes atque procreationes, quas
p. 2. a ſolo calore et aqua perfici contendit. Ad duas has cauſſas in omnibus apparitionibus, quae ſub terra eueniunt, reſpiciendum eſſe cenſet Cl. Auctor. Calorem quidem ab igne ſubterraneo, in terrae centro condito, non deriuare audet; quamuis opinio, quae hunc defendit, prorſus improbabilis ei non videatur: a ſolis tamen calore eum non dependere, ſed terrae ab initio inditum eſſe, probat. De aquae autem praeſentia nemo dubitat, quum ubique in terrae viſceribus reperitur. Quem ad modum vero lapides ope harum cauſſarum agentium ſolui, nouosque quotidie gigni ſtatuit: ſic etiam reliqua ſubterranea corpora eandem mutationem, eodem modo, pati aſſerit. Ad modum diuerſa ut inde oriantur corpora neceſſe eſt, quae noſſe et diſtinguere generis omnino intereſt humani. Summatim autem ſciendum eſt omnia corpora, quae e terra eruuntur, *foſſilium* nomine notari. Horum cognitionem duplici modo acquiri exiſtimat Cl. Auctor: vel conſiderando

eorum

eorum externum habitum, formam, colorem et gravitatem ſpecificam, vel examinando eorum qualitatem internam, quod ope chemiae fit, dum eorum partes ſeparantur et determinantur. Alii hanc, alii illam eligerunt viam. Vtraque autem in ſyſtemate formando incedendum eſſe putat Cl. Auctor. His praemonitis, in ſex claſſes praecipuas omnia regni p. 7.
mineralis diuidit corpora.. Ad primam claſſem refert metalla: ad ſecundam ſemimetalla: ad tertiam inflammabilia: ad quartam ſales: ad quintam petrefacta et figurata: ad ſextam lapides et terras. Quae primis quatuor claſſibus comprehenduntur *mineralium* in ſpecie nomine inſigniuntur Plurimi methodici illum ordinem inuerterunt, et a terrarum lapidumque claſſe fecerunt initium: ſed a metallis ordiendum eſſe ideo Cl. Auctor arbitratur, quia praecipuis conſtantioribusque ignis diſcretoriis prae reliquis gauderent foſſilibus: terrae autem et lapides negatiuis tantum characteribus diſtinguerentur.

Sectio igitur *prima* agit de *metallis*, quorum cha- p. 11.
racterem ſpecificum, ſi ſcilicet pura ſunt, in malleabilitate ponit. Diuidit autem ea in *nobilia* et *ignobilia*. Nobilia adpellat, quae igne non mutantur. In horum numerum refert aurum et argentum. Ignobilia ſunt, quae igne vehementiori deſtruuntur. Huc pertinent cuprum et ferrum, quae difficile: deinde ſtannum et plumbum, quae facile in igne liquefiunt. Plurima metalla raro pura e terra effodiuntur, ſed plerumque aliis materiis peregrinis miſta ſunt, et tunc mineraliſata (*Erzte*) Cl. Auctori audiunt. Sunt autem materiae peregrinae, quae metallis ſaepius penitus admiſcentur ſulphur et arſenicum, ad quae Cl. Auctor alcali minerale addit, et quod ſe primum ſub hac conditione animaduertiſſe ait. Horum igitur acceſſu atque admiſtione metallorum mineras (*Erzte*) gigni, ſeu metalla, ſit venia verbo, mineraliſari autumat. Quotidie enim metalla eorumque mineras ori-

ri et adhuc creſcere affirmat. *Mineraliſationis* (*Erzt-werdung*) ergo modum explicat, et in duabus illis cauſis agentibus, de quibus in introitu locutus eſt,
p. 14. calore nempe et aqua, quaerit. Beneficio enim aquae et caloris, ubique in terra praeſentis, oriuntur variae fermentationes et ſolutiones, quibus praeſertim vapores ſubterranei generantur. Hi vapores, particulis mineralibus expleti, in omnes terrae cryptas atque cauernas penetrant, cum aliis vaporibus ſe coniungunt, nouosque, ſecundum Cl. Auctoris mentem gignunt mineras (*Erzte*). Idem et ab aquis ſubterraneis fieri perhibet.

p. 18. Ad *primae* claſſis genera nunc progreditur, inter quae eminet *aurum*. De hoc in *primo* capite agit. Aurum plerumque nudum in quarzo albo ſemi pellucido, vel ſilice inuenitur, non nunquam etiam in lapide corneo flauo et coeruleo. Sed id etiam *mineraliſatum* reperiri, Cl. Auctori non impoſſibile videtur, licet a multis negetur. A ſolo quidem ſulphure id effici ipſe dubitat, tamen ab arſenico et a ſulphure, cum alcali minerali miſto, omnino hoc fieri poſſe defendit. Quasdam nunc ſpecies refert, quibus aurum *mineraliſatum* reperiri opinatur. Sunt hae *aurum ſolutum granulatum* Wall. (*Schürlkoerner*): *pyrites fuluus* (*Goldkies*): *pyrites Vngaricus*, (*Zinnopel*) dictus, et *cinnabaris natiua*.

p. 25. *Secundum* caput pertractat *argentum*, quod ratione durabilitatis in igne ad aurum proxime accedit. Purum ac nudum crebro occurrit, variasque habet figuras. Inuenitur enim vel ſub capillorum, vel granulorum, vel dentium, vel ramorum, vel lamellarum forma, haeret autem vel quarzo, vel lapidi corneo, vel ſaxo griſeo, vel ſchiſto, rarius ſpato. Subinde coniunctum eſt cum cupro, cobaldo, antimonio, zinco aliisque metallorum mineris. Quamuis nudum argentum valde purum ſit, particulas tamen peregrinas illi admiſtas eſſe ideo ad modum ve-

roſimile

roſimile videtur Cl. Auctori, quod argentum natiuum, in primis capillare, in aere non ſolum colorem et ſplendorem amittat, ſed etiam cum tempore ſaepius fatiscat et dilabatur (*Zerwittere*): cuius cauſam in coniuncto hydrargyro quaerit. Nos vero huius mutationis et deſtructionis rationem in admiſto acido ſulphureo ponimus. Nullae enim minerae in aere fatiscunt, quam quae acido ſulphuris et vitrioli, quod unum eſt, abundant. Quod ad mineras argenti attinet, variae earum dantur ſpecies. Prima eſt *minera argenti vitrea* (*Glaßerzt*): ſecunda, *cornea* (*Hornerzt*): tertia, *rubra* (*Rothgüldenerzt*): quarta, *alba* (*Weißgüldenerzt*): quinta, *nigra* (*Schwarzerzt*): ſexta, *ad inſtar ſtercoris anſerini formata* (*Günſeköthigerzt*): ſeptima, *plumoſa* (*Federerzt*): et octaua, *cum alcali minerali coniuncta* (*alkaliſche Silbererzte*). Vltimam hanc ſpeciem debemus Cl. Auctori, qui eam in Auſtria inferiori prope Annaebergam primum detexit, et in ſuas redegit claſſes.

Argentum excipit *cuprum*, quod *tertium* caput p. 36.
ſiſtit. Eodem modo, ut priora metalla, nudum ſub terra inuenitur, licet non adeo purum ſit, ut cum cupro cocto perfecto comparari queat, ſed ad cuprum nigrum tantum accedat. Varia etiam forma e terra eruitur, quare vel granulatum; vel ramoſum; vel lamelloſum, ſiue bracteatum; vel capillare; vel cryſtallinum nuncupatur. Ab hoc differt *cuprum praecipitatum* (*Cementkupfer*), quod ex aquis, cupro dotatis, ope ferri deiicitur. Frequentius offenditur cuprum in mineris, quae vero ferri ſimul ſunt participes. Multifariam etſi hae minerae variant: in ſuas tamen illas redegit Cl. Auctor ſpecies, quarum ſeptem numerat. Primam conſtituunt *cupra mineraliſata vitrea* (*Kupferglaßerzte*). Huc pertinent *coeruleum, lazureum* aliis dictum (*Kupferlazur*); *purpuraſcens* RINN. (*Kupferglaß*); et *praecedenti ſimile, ſed fractura parum nitente* (*grau Kupfererzt*): ſecundam, *cupra*

minerali-

mineraliſata fuſca (*braune Kupfererzte*); quae tres rurſus admittunt diuiſiones, *rubrum* (*rothes Kupfererzt*); *fuluum*, ſeu *mineram cupri hepaticam* (*Lebererzt*, *Leberſchlag*); et *ochram cupri* (*Kupferocher*): tertiam *cupra arroſa coerulea et viridia* (*Kupfergrüne und Blauerzte*), quae quatuor habent varietates, *cuprum arroſum viride* et *coeruleum durum* (*Kupfergrün und Kupferblau*), quorſum et *malachiten* nmmerat; *cuprum terreſtre*, *aeruginem* ſcilicet *natiuam* et *coeruleum montanum* (*Berggrün und Bergblau*); *cuprum cotis* (*Kupfer Sanderzt*); et *granulatum viride* (*körnigtes Kupfergrün*): quartam, *cupra cinerea* (*Weiß-und Fahlerzte*); inter quae *flaueſcens* (*Weißerzt*); *griſeum* (*Fahlerzt*); et *obſcurum* (*Fahlkupfererzt*) praecipua ſunt: quintam, *cupra pyritoſa* (*kiesartige Kupfererzte*), quorum plurima chalybi alliſa ſcintillant; his adnumerantur *variegatum* (*farbichtes Kupfererzt*); *luteum* (*Kupferkieserzt*); et *chalcopyrites* (*Kupferkies*): ſextam, *cuprum ſchiſti* (*Kupferſchiefer*): ſeptimam denique, *cupra alcaliſata* (*alkaliſche Kupfererzte*). Non enim ſolum argentum, ſed et cuprum cum alcali minerali commiſtum reperiri probat Cl. Auctor, quare etiam peculiarem ſpeciem inde facit, quae *cuprum arroſum griſeum* (*grauen Kupfermulm*), et *cuprum lapidibus calcareis inſperſum* (*in Kalkſtein und Marmorarten eingeſprengt*) complectitur.

p. 51. Sequitur *ferrum*, quod in *quarto* capite exponit. Num detur ferrum purum natiuum valde dubitat Cl. Auctor. Illud enim, quod pro tali plerumque venditatur, carere proprietatibus ſpecificis aſſerit. Eo crebriores autem ſunt minerae ferri. Harum ſpecies primariae ſunt, *minera ferri vulgaris* (*gemeiner Eiſenſtein*); *alba* (*weiß Eiſenerzt*); *rubra*, ſeu *haematites* (*Blutſtein*); *ochra ferri* (*Eiſenocher*); et *magnes* (*Magnetſtein*). Ex his omnibus ferrum cum fructu coquitur et paratur. Sequentes ferri minerae ſunt rapaces, et pauperes nominantur. Ad has pertinent

nent *magneſia* (*Braunſtein*); *ſpuma lupi* (*Wolffram oder Schirl*); *minera ferri lamellis ſplendentibus* (*Eiſenglanz*); quae noua ferri quidem ſpecies eſt, ſed a reliquis ſcriptoribus, niſi nos omnia fallunt, ad zinci genus refertur; *mica ferri* (*Eiſenglimmer*); et *ſmiris* (*Schmirgel*). In fine capitis quaeſtionem mouet Cl. Auctor, annon ferrum coctione generetur, cum ubique reperiatur, et ex omni fere terra, ut recentiſſima experimenta docent, coctione ſiſti queat?

Stannum caput *quintum* exhibet. Purum ſtannum p. 61.
natiuum dari prorſus negat Cl. Auctor, illa enim exempla, quae a MATTHESIO, aliisque adducuntur ſcriptoribus, ulteriore examine egere ei videntur. Non adeo frequentes ſunt ſtanni, ac reliquorum ignobilium metallorum, minerae, ideo et paucae tantum offenduntur ſpecies. Praecipuae ſunt *ſtannum mineraliſatum cryſtalliſatum* (*Zinngraupe*): *ſtannum ex multis cryſtallis aggregatis compoſitum* (*Zwitter*): *ſaxum ſtanniferum* (*Zinnſtein*): *ſpatum ſtanniferum album* (*weißer Zinnſpat*); quod inter raras ſtanni mineras numeratur, et ex relatione Cl. Auctoris tantum prope Toeplitz in Bohemia huc uſque effoſſum fuit: *granatus ſtannifer* (*Zinngranaten*): et *arena ſtannea* (*Zinnſand*), quae ex minimis cryſtallis ſtanni et arena compoſita eſt.

Reſtat *plumbum*, quod *ſextum* caput abſoluit. Im- p. 66.
probabile videtur Cl. Auctori purum plumbum natiuum inueniri, plumbi vero minerae ubique fere obuiae ſunt. Ditiſſimum ex his eſt *plumbum ſubmalleabile*, plumbago aliis dictum (*Bleyſchweif*). Maxime obuium eſt *plumbum particulis cubicis nitidis* (*Bleyglanz*). Hoc excipit *plumbum cryſtallinum viride et album* (*weißes und grünes Bleyerzt*). Denique ſuccedit *terra plumbaria*, ſeu *plumbi minera galenica mineraliſata*, *terrae inſenſibiliter immixta* (*Bleyerde*).

Haec de metallis. Sequitur ſectio *ſecunda*, de *ſe-* p. 74.
mimetallis. Semimetalla a metallis differunt, quod malleo

malleo non extenuari queant, et in vehementiori igne auolent. Plerumque de aliis metallis aliquid participant, varieque mixta ſunt. Ad haec pertinent *hydrargyrum*, *antimonium*, *wismuthum*, *zincum* et *arſenicum*, quorum ſpecies caput *ſeptimum*, *octauum*, *nonum*, *decimum et undecimum* explicant. *Cobalta* ad arſenica refert, ibique pertractat. De hydrargyro aſſerit, notum eſſe quibusdam chemicis proceſſum, ope cuius, additione ſcilicet guttularum paucarum tincturae cuiusdam, hydrargyrum indurari poſſit. De qua experientia, niſi Cl. Auctor illam ipſe fecit,
p. 83. multa omnino habemus, cur dubitemus. Quando autem de antimonii mineris dicit, eas etiam in Voigtlandia erui, fatemur, nobis quidem eiusmodi anti-
p. 93. monii fodinas notas non eſſe. Quem ad modum etiam de *cadmia*, ſeu lapide calaminari, quem ſub zinci ſpeciebus adducit, fidem noſtram dare poſſumus Cl. Auctori, illam quidem ſpeciem, quae prope Aquisgranum, ad pagum, Altenberg nominatum, et illam, quae in Bohemia effoditur, minime eſſe terram, ſed duriſſimum lapidem. Quae enim inde ad nos defertur cadmia, friabilis quidem eſt, et terrae valde ſimilis, ſed eſt ille lapis duriſſimus coctus atque uſtus, qui *cadmia praeparata* nunc ibi audit. Lapis autem crudus, prout effoditur, nunquam ad exteros mittitur: quare non mirandum, cur pauciſſimi ad veram cadmiae notitiam perueniant. Collegerunt plerumque cadmiam in officinis, ubi orichalcum paratur: in his non lapidem crudum, ſed cadmiam iam praeparatam, ſicut miſſa eſt, offendunt.* Hoc ex experientia ſcimus, quum ipſi memoratas ingreſſi ſumus fodinas.

Tran-

* Conſentientem habemus Cl. SPRINGSFELD in Itinere medico ad thermas aquis granenſes et fontes ſpadanos, p. 40. §. XVII.

Transit Cl. Auctor ad *inflammabilia mineralia*, de quibus in sectione *tertia* agit. Bene monet sulphur et inflammabile minime pro synonimis, uti a non nullis factum est, habenda esse. Sulphur enim tantum inflammabilium species est. Omnia autem inflammabilia in tres redigit ordines, quorum primus comprehendit fluida inflammabilia, et quae probabiliter ex his, dum durescunt, oriuntur. Huc praeter *naphtam*, *petroleum* et *maltham* refert *succinum*, *ambram*, *gagaten* et *asphaltum*, quae capite *duodecimo* describit. Secundus ordo sistit inflammabilia mineralia, quae lapidibus et terris commista sunt. Haec diuidit in *lithanthraces* et *terras inflammabiles bituminosas*. Lithanthracum quatuor nominat species, et terrarum tres. Has omnes capite *decimo tertio* definit. Tertius ordo continet sulphur, eiusque mineras. Verum natiuum sulphur inueniri extra omnem dubitationem est. Omnium frequentissime occurrit *flauum*, quod etiam tam in illa specie, quae *sulphur fossile*, seu *caballinum* dicitur, quam in terris sulphureis offenditur: sed datur et *rubrum arsenicale*. Quod ad sulphuris mineras attinet, has omnes pyritarum species praebent, praesertim *pyrites sulphureus ferro mixtus*, qui variis interdum figuris ludit, de quibus HENCKELIVS in *Pyritologia* euoluendus est. Haec omnia exponit Cl. Auctor in capite *decimo quarto*. p. 111. p. 118.

Progreditur ad *sales*, in quos in sectione *quarta* inquirit. Sales primitiui dantur duo, sal *acidus* et sal *alcalinus*: ex quorum compositione tertius oritur, *medius*. Sal acidus nunquam reperitur purus, sed vel cum particulis metallicis, vel terreis, vel inflammabilibus mixtus; inde *vitriolum*, *alumen* et *sulphur*. Quum de sulphure in praecedentibus iam egit, de vitriolorum et aluminum speciebus in capite *decimo quinto* adhuc differit. De *sale alcalino minerali fixo* multum disputatum fuit inter eruditos, num talis detur. Postquam autem in thermis, aliisque aquis p. 134. p. 145.

soteriis

ſoteriis detectus fuit, pauciſſimi de eo amplius dubitant. Quamuis purus in noſtris oris nunquam inueniatur: tamen in terris orientalibus, cum particulis terreis vel arena mixtus, e terra effoditur, et, prout Cl. Auctor ſuſpicatur, baſin noui illius metalli, *Tincal* dicti, praebet. *Nitrum veterum*, quod alii *natron* quoque adpellant, eandem ſalis ſpeciem fuiſſe, admodum probabile illi videtur. Noſtrum autem *nitrum murarium*, quod ex muris ſuper calce efflorescit, et a non nullis *aphronitrum* dicitur, etiam ad naturam illius ſalis alcalini vergit, et iure huc refertur: licet Cl. Auctor illud ad regnum minerale propriis pertinere neget, quia non effodiatur, ſed ſupra terra mouiter producatur. Quae ratio, ut verum fatemur, nobis non ſufficere videtur: ad reliqua enim duo regna hicce ſal multo minus referri poteſt. Maiorem difficultatem praebet altera quaeſtio: num detur alcali minerale volatile? In partes affirmatiuas abit Cl. Auctor, illudque probare annitur ex lapidum foetentium odore, quem in nulla alia cauſa originem habere poſſe autumat, quam in alcali volatili. Omnia haec diſputat in capite *decimo ſexto*. Superſunt ſales medii. Hos in capite *decimo ſeptimo* explanat: licet ſalem communem culinarem ſolum admittat. Salem enim marinum, nitrum, et ſalem ammoniacum, ob rationes ſupra de ſale murario adductas, e regno minerali excludit.

p. 154. Sequuntur *petrefacta* et corpora mineralia *figurata*. Haec ſectio *quinta* exponit. Materiae ex quibus petrefacta conſtant, ſunt plerumque lapis calcareus, arenarius, ſchiſtus, tophus, ſilex, chalcedonius, rarius lapis corneus, rariſſime et fortaſſe nunquam, quarzum et ſpatum. Omnia autem ad hanc ſectionem pertinentia corpora in quinque ordines diuidit Cl. Auctor. Primus comprehendit petrefacta regni animalis: ſecundus regni vegetabilis: tertius complectitur petrefacta, quorum origines, vel potius

tius exempla incognita ſunt: quartus ſiſtit figurata, quae ab aliis naturae luſus vocantur: quintus lapides cryſtalliſatos (*Druſengewächſe*). Horum omnium explicationem praebet caput *decimum octauum*, *undeviceſimum*, *viceſimum*, *viceſimum primum* et *ſecundum*.

Sexta et ultima ſectio exhibet *lapides* et *terras*, p. 193. quorum differentias ſpecificas adferre pro ſuperuacaneo et inutili habet Cl. Auctor, quia ſatis notae ſunt. Lapides et terras ideo coniungit, quoniam terras pro baſi et fundamento lapidum agnoſcit, et lapides reſolui credit in terras. Diſtinguit autem lapides in vetuſtos, qui ante deſtructionem et mutationem uniuerſalem terrae iam exſtiterunt, et in recentes, ſeu tales, qui poſtea geniti ſunt, et adhuc hodie generantur. Omnia lapidum genera, in quibus petrefacta reperiuntur, in numero recentium ponit, quia neceſſe eſt, ut molles ante fuerint, quam partes animalium et vegetabilium in illis receptae ſunt. Monet tamen Ipſe hanc regulam, quam de petrefactis ſumit, non omni carere exceptione. Pro certo interim ponit, recentes lapides ope aquae gigni, hinc idem de vetuſtis eſſe credendum; licet et hi acceſſu ignis ſubterranei magnas poſthaec paſſi ſint mutationes. Lapidum generationem beneficio aquae, triplici modo fieri exiſtimat: vel per indurationem, vel per praecipitationem, vel per cryſtalliſationem. Varie quidem lapides ſecundum eorum qualitates diuidi poſſunt. Optime autem illos diuidi arbitratur Noſter in nobiles et ignobiles. Nobiles ruſſus diſtinguit in gemmas et pſeudo-gemmas. Ignobiles lapides et terrae, ratione compoſitionum, colorum aliarumque qualitatum multas quidem ſecundum Cl. Auctorem admitterent diuiſiones: melius tamen eorum differentias cognoſci affirmat, quando ad eorum conditionem, quam in igne monſtrant, attenderetur. Pro eorum igitur conditione, quam in igne mon-

monſtrant, tres ordines facit. Primum ordinem efficiunt lapides, qui in igne etiam vehementiſſimo non alterantur, et ideo *apyri* vocantur: alterum ei lapides, qui memorato ignis gradu deſtruuntur, et in calcem mutantur, hinc *calcarei* nominantur: et testium illi, qui ſine additione in igne fluunt, et *fuſili* ſeu *vitreſcentes* inde apellantur. Quilibet videt, Cl. Auctorem hic tantum de lapidibus loqui, non vero de terris, quamuis de his illa etiam intelligenda eſſe credibile ſit et ex ſequentibus quoque pateat. Animaduertimus praeter ea Cl. Auctorem hic lapides calcareos gypſeis confundere, quod quidem infra in ſpeciali explicatione defendere conatur: num ſatis? alii iudicent. Agit igitur ſecundum ſupra factam diuiſionem in capite *viceſimo tertio* de *gemmis*: *in viceſimo quarto* de *pſeudo-gemmis*, quas a prioribus ratione duritiei differre contendit: in *viceſimo quinto de lapidibus et terris apyris*. His adnumerat *talcum*, *micam*, *lapidem ollarem*, *cretam hiſpanicam*, *larditen*, *lapidem corneum*, *aſbeſtum*, et e terris, quasdam *argillae* ſpecies, *margam porcellanam chinenſem*, et *margam albam*, prope Geram repertam. In capite *viceſimo ſexto* de *lapidibus et terris calcareis* diſſerit. Coniungit, uti ſupra iam monuimus, in hoc capite lapides calcareos cum gypſeis, quos omnes ſyſtematici ſeparārunt. Characterem ſpecificum lapidum calcareorum et terrarum in eo ponit, quod igne friabiles reddantur, et acceſſu aeris ob alcali, quod illis admiſtum eſſe dicit, in calcem fatiſcant, quae cum acidis efferueſcat. In hoc lapides gypſeos cum calcareis conuenire affirmat. His praemonitis, omnem hunc ordinem lapidum rurſus in tres claſſes inferiores, ſeu tribus diuidit. Prima comprehendit veros lapides calcareos et terras: ſecunda lapides gypſeos et terras: tertia lapides pſeudo-calcareos, huiusque generis terras. In primum numerum refert *lapidem calcareum vulgarem*, *marmora*, *ſtalactiten* et *cretam*: in ſecun-

ſecundum *lapidem gypſeum vulgarem*, *ſeleniten*, *alabaſtrum* et *gypſum lamelloſum*: in tertium omnium generum *ſpata*, et *lapidem bononienſem*. In capite *viceſimo ſeptimo* exhibet lapides et terras in igne fuſiles et vitreſcentes. His adſcribit *arenam*, *lapides arenarios*, *ſilices*, *quarza*, *ſchiſtos*, *marmor zoeblicenſe*, *tripelam*, *pumicem*, *porphyriten*, *ſaxum griſeum*, *argillas*, quibus et *cretam fullonum* comprehendit, *margas*, *limum* et *umbram*. Haec ſunt quae Cl. Auctor circa regnum minerale praeſtitit. Nil reſtat, quam ut Cl. Auctorem rogemus, ſi forte nouam editionem horum elementorum moliturus ſit, ut tabulam, quam hoc deſiderauimus, adiiciat, quo ordinatio claſſium, ordinum, generum et ſpecierum uno intuitu inſpici queat.

XVII.

BERNHARDI WILHELMI RÖDDER, Med. Doct. *libro Churfürſtl. Durchl. zu Cölln Fürſtl. Paderborniſchen Leib- und Hofmedici gründliche Beſchreibung des zu Driburg im Hochſtiffte Paderborn gelegenen Geſund- und Stahlbrunnen, deſſen Beſchaffenheit, mineraliſchen Gehalte, innerlichen und äuſſerlichen Kräften und Gebrauch, auch was ſonſt dabey zu eines jeden beſondern Nutzen in allerley Krankheiten und Gebrechen zu beobachten. Nebſt einer beſondern Brunnen Diätsregel von allerley Speiſen, welche bey der Brunnen-Cur entweder dienlich oder ſchädlich ſind. Driburg und Hannover, in Verlag ſeel. Nicol. Förſters und Sohns Erben.* 1757. 8. 1 alph. 5 pl. ſine praef. et 1 tabul. aen.

i. e.

Accurata deſcriptio fontis medicati ferrati Driburgenſis in epiſcopatu Paderbornenſi ſiti, una cum eius qualitatibus, contentis mineralibus, virtute et uſu externo ac interno etc. Accedunt regulae diaeteticae, ratione ciborum, durante cura, obſeruandae Auctore B. W. ROEDDER.

Aquas medicatas *Driburgenſes*, quae parum notae huc uſque fuere, celebriores reddere conatur Cl. ROEDDER accurata huius fontis eiusque virtutum deſcriptione. In praefatione queritur, paucissimos ſcire rectum mineralium aquarum uſum, hinc ſibi ſaepius hisce nocere. Hunc igitur abuſum, fontis quidem *Driburgenſis*, in poſterum praecauere contendit inſtructione ſua, hac deſcriptione contenta: qua de re etiam non eruditorum, ſed aegrotorum cauſſa omnem laborem ſe ſuſcepiſſe monet. Praeter D. NESSEL, qui 1714 *Examen fontis ſalubris Driburgenſis* edidit, nullus Noſtro notus eſt auctor, qui de aquis his ex induſtria ſcripſit. Sed quia eius expoſitio nimis breuis et reciſa eſt: hinc ipſe periculum fecit. Totum ſuum libellum Cl. Auctor
p. 1. in nouem diuidit capita. In *primo* capite exponit oppidi *Driburgi* antiquitatem, ſitum, regiones hinc confines, denominationem, adiacentem fontem mineralem, eiusque hodiernam conditionem. Cognoſcimus ex his *Driburgum* in epiſcopatu *Paderbornenſi* iacere, et duo a *Paderborna* diſtare lapides: fontem autem non procul ab oppido in prato quodam, in cuius vicinia pyritae ſulphurei reperiuntur,
p. 47. proſilire. In *ſecundo* capite agit de qualitate et contentis mineralibus dicti fontis. Poſt multa variaque adducta, et cum aquis inſtituta, experimenta Cl. Auctor colligit, in aqua fontis *Driburgenſis* contineri:

1) ſpiri-

1) ſpiritum aethereo - elaſticum volatilem; 2) ſpiritum temperatum acidum ſulphureum, ſeu vitriolicum: 3) ſalem medium compoſitum tam ex ſale communi et ſpiritu acidulo, quam ex terra alcalina; 4) ferrum; 5) terram ſubtilem alcalinam; 6) et cryſtallum montanam, ad lapidem ſeleniten multum accedentem. In genere notat indolem alcalinam in his aquis ſemper praeualere, et hanc ſenſim tantum ab acido ſimul praeſente vitriolico, eiusque coniunctione, alterari. In capite *tertio* differit de aquarum *Driburgenſium* virtute et effectu in corpus humanum. Effectum partim ex memoratarum partium componentium, ex quarum numero ſpiritum aethereo-elaſticum non excludit, ſingulari natura ac ſpecifica qualitate; partim ex omnium harum partium permiſtione deriuat. Quamuis hae aquae ob ſalem medium fontanum, quo prae aliis abundant, *Pyrmontanis* aquis fortius aluum laxent: praecipuam tamen eorum virtutem in vi diluendi, ſoluendi et roborandi Cl. Auctor ponit. In capite *quarto* mentionem facit morborum et ſymptomatum ſingularium, in quibus aquae *Driburgenſes* vel ſalutares, vel perniciosae ſunt. Catalogum ergo multorum morborum una cum hiſtoriis quibusdam aegrotorum adnectit, qui aquis *Driburgenſibus* ſanati fuere. Inter hos non nulli recenſentur morbi, qui vel plane non, vel cum multa circumſpectione et cautione hisce tentandi ſunt aquis. In capite *quinto* docet verum uſum et abuſum aquarum mineralium. Per hunc intelligit errores, qui ab aquae potatoribus ſaepe committuntur: qua occaſione non ſolum ad quasdam quaeſtiones, ſibi motas, reſpondet, ſed etiam non nullas praeconceptas opiniones refutare ſtudet. Vt ex multis unicum adducamus, minime probat morem aquas minerales calefaciendi, quippe quo ſpiritum aethereo-elaſticum et volatilem omnino diſſipari atque fugari iure aſſerit. Hinc expreſſe dicit: quo frigidiorem

p. 93.

p. 131.

p. 183.

rem quem aquam bibere posse; eo meliorem effectum eum sperare debere: ad quae pauci certe hucusque attenderunt. Per illum significat modum et ordinem, quem aquarum potatores inter bibendum obseruare debent: qua occasione determinat simul aquarum quantitatem et curationis tempus, quod eo usque protrahendum suadet, donec aegrotus se meliorem sentiat. Ad haec adiungit non nullas cautelas in curatione non contemnendas. In capite *sexto* p. 239 quaedam proponit de lacte eiusque sero, nec non de utriusque cum aquis *Driburgensibus* virtute ac usu. Postquam diuersas lactis species examinauit, eiusque praerogatiuam, quam alterum prae altero habet, constituit, aquas *Driburgenses* cum omni lacte tuto misceri et in quibusdam morbis, aquarum Selteranarum p. 274. instar, adhiberi posse probat. In *septimo* capite meminit adhuc symptomatum, quae curam cum aquis mineralibus tentatam interdum comitari solent. His aptis et accommodatis remediis mederi studet. In p. 302. capite *octauo* non nulla habet de usu externo aquarum *Driburgensium*. Quem ad modum ceterae aquae minerales ad balnea adhibentur, sic et illas ad eosdem usus vocandas esse recte iudicat Cl. Auctor. Quando autem putat, aquas minerales arte calefactas prae illis, quae natura calidae sunt, thermis scilicet, praerogatiuam mereri, consentire cum Cl. Auctore minime possumus. Si enim reliqua omnia paria sint, thermae certe balnea arte calefacta virtute sua specifica superabunt. Id quod, nisi nos omnia fallunt, quotidie in membris rigidis, paralyticis, et ex morbo articulari contractis ac debilibus obseruamus; quae, ut balneis mineralibus calefactis facilius, non dicam aeque facile, ac thermis curentur ac leuentur, multum abest. Quae enim de volatili quodam et roborante alucinatur spiritu, quem in balneis calefactis melius conseruari autumat, quam in thermis, per principia physica sponte ruunt. Eo procliuiores autem

tem nos habet ad ſuam ſententiam, quando aſſerit, in morbis chronicis balnea egregia praeſtare, et interdum ceteris remediis palmam praeripere. Reſtat diaeta, quae ab aquae potatoribus inter bibendum obſeruanda venit. Hanc in capite *nono* et ultimo exponit. p. 331. Multa utilia circa res non naturales a medicis dictas, et circa varia ciborum genera hac occaſione profert. Definit quoque, quae herbae, quae radices, qui fructus e regno vegetabili admitti poſſunt. Radicem cichorii eiusque herbam ob virtutem ſalutarem et medicatam, quam illi tribuit, omnibus aliis herbaceis anteponit, et eximia de illo praedicat. Cichoreum enim tanquam ſpecificum hypochondriacis, cachecticis, hecticis et febre lenta laborantibus, quin etiam in incipiente ictero et hydrope laudat. Taxat in genere omnia flatulenta, in primis leguminoſa. Vetat quoque indiſcriminatim omnes fructus horaeos, e. g. ceraſa, fraga, rubos idaeos, mora, ribes cet. quod tamen interdictum, quicquid etiam Cl. Auctor contradicat, reſtringere mallemus. Ex multiplici enim experientia ſcimus, moderatam copiam illorum quidem fructuum qui non adeo magnam poſſident acrimoniam, ut fraga, ceraſa et rubi idaei tempore aeſtiuo et aeſtuoſiſſimis diebus circa horas veſpertinas aquarum mineralium potatoribus, qui neque ſaburram acidam in primis habent viis, neque debili infeſtantur ventriculo, non nocuiſſe, ſed ob virtutem refocillantem potius fuiſſe ſalutarem: quum horum uſum contra illis, qui acido in ventriculo laborant, ructibus continuis vexantur, ſingularemque ſentiunt ventriculi debilitatem, interdicimus atque prohibemus. Haec ſunt praecipua et memoratu digniſſima, quae in hocce offendimus opuſculo: reliqua non noua ſunt, et ab aliis mineralium aquarum ſcriptoribus paſſim iam adnotata. Icon adiecta repraeſentat oppidum *Driburgum*, fontem mineralem

cum teſtudine ſuperſtructa, ambulacra huic vicina, et totum tractum Driburgenſem adiacentem.

XVIII.

Diſſertatio de vaſis plantarum ſpiralibus Praeſide M. GEORGE CHRISTIAN REICHEL, Reſpondente *Carolo Chriſtiano Wagner*. Lipſ. 1758. 4. pl. 5½. tab. aen. 1.

Vaſorum in plantis aereorum praeſentia ab aliis defenſa, ab aliis vero negata impulit Noſtrum, ut experimenta quaedam circa vaſa iſta inſtitueret. Expoſitis itaque Clariſſimorum Auctorum de tracheis plantarum ſententiis, ſua tandem experimenta addit. Inter eos, qui ſedem et figuram fiſtularum ſpiralium inueſtigarunt, MALPIGHIVS et GREWIVS praecipue nominandi ſunt. Prior fiſtulas iſtas primo trachearum nomine inſigniuit earumque deſcriptionem
p. 8. in anatome plantarum exhibuit. Secuti ſunt eum alii in rebus phyſicis atque botanicis Celeberrimi viri. Fuerunt tamen etiam, qui trachearum in plantis praeſentiam impugnarunt, inter quos ſunt TRIVMFETTI atque WALTHERVS, hic enim aerea iſta vaſa a ſucciferis nullo modo differre aſſerit. Cl. LVDWIGIVS quidem ſpirales fiſtulas non negat, in dubio tamen relinquit, an iſtae ſoli aeri acceſſum praebeant. Experimenta vero, quae Cl. Auctor ad
p. 24. diſquirenda vaſa ſpiralia inſtituit, haec ſunt: In ligni rubri, Fernambuc dicti, decoctum vitis rami partem ſex pollices longam ita demerſit, ut liquor ille grate ruber inferiorem finem rami ad duos circiter pollices tegeret. Poſt aliquot horas puncta quaedam rubra in reſecta ſuperiori parte apparebant. Cum dubius eſſet Noſter, num per ſingularia vaſa liquor iſte adſcenderit, particulam tenuem ſectione horizontali

separatam microscopii Luberkuhniani ope lustrauit, atque solum modo circa illa loca, ubi trachearum MALPIGHII et GREWII orificia patent, corpus reticulosum siue utriculosum colore aurantio tinctum inuenit. Facta deinde alia sectione longitudinali tenuibus lamellis corpus lignosum dissecuit, in quo puncta illa rubra apparebant. Vasa itaque haec, per quae liquor iste tinctus adscenderat, tracheas MALPIGHII esse Noster intellexit. Experim. 2. Balsaminae foeminae ramum in ante dictum liquorem immersit, ut partem inferiorem ad pollicem unum allueret. Elapsis aliquot horis in caule rami lineae rubicundae per corticem et ab apice usque ad basin decurrentes apparebant, imo et in costis foliorum vestigia coloris rubicundi perspicienda erant; separata sectione transuersali particula inter corticis et medullae telam cellulosam puncta rubra deprehendit. Microscopio particulam istam disquirens, corticis contextum cellularem non mutatum, sub hoc vero hinc inde ostia obseruauit, quae colore rubro tincta erant. Sectione longitudinali disiunctam particulam microscopio lustrauit et vasa alia dilacerata, alia integra alia vero ita resoluta conspexit, ut fibrae earum spirae in modum contortae essent. Quae autem integra erant vasa, liquorem illum rubrum vehebant. Experim. 3. Surculos et ramos variarum plantarum decocto rubro indidit et eadem, ac antea, obseruauit phaenomena. Praecipue vero lignosum rosarum corpus, quod copiosissimis vasis spiralibus componitur, nudis oculis totum rubrum apparebat, cortex vero eiusque contextus cellularis nihil coloris rubicundi continebat. Experim. 4. Elaterii seu cucumeris asinini et borraginis ramos decocto rubro immersit. Post aliquot dies borraginis ramus inter corticem et medullam multa vasa ostendebat, quae alias flaua, hic rubra erant. Elaterii ramus simili modo se habebat. Fibrae istorum vasorum spirae in modum

p. 25.

p. 27.

dum contortae erant et plura ſibi inuicem adnata. Cum autem Cl. Auctor ſciendi eſſet cupidus, num quoque liquor rubicundus flores et fructus penetraſſet, pedunculum diſquiſiuit et in illo vaſa ſpiralia rubro colore tincta inuenit. Fructum deinde diſſecans, in eius media parte fila multa, quibus ſemina adhae-
p. 28. rebant, perſpexit. Experim. 5. Integram balſaminae foeminae plantam flores fructusque ferentem e terra euulſam in liquorem iſtum rubrum impoſuit, ut radices et caulis pars ad duo pollices tecta eſſent. Sequenti die cum plantam perluſtraret Noſter, a ſcapo uſque in ramorum apices ſtrias obſcure rubras, antea non obſeruatas, nudis oculis vidit. Altero die coſtas foliorum euidenter rubras inuenit. Quoniam vero planta capſulis ſeminalibus inſtructa erat, eas luſtrauit et nudis oculis ſtrias rubras deprehendere credidit, microſcopio itaque adhibito, in lamina diſiuncta vaſa ſpiralia plura rubro liquore tincta perſpexit. Caſu vero cum fieret, ut flacceſcentis plantae caulem reiicere vellet, celluloſam corticis telam putredine reſolutam videbat. Deterſa hac tela ligneſas fibras remanere putabat Noſter. Secum autem cogitans, numne vaſa ſpiralia fibris ligneſis coniuncta ſint, microſcopii ope cognouit, rete illud praeter paucas fibras ligneſas ex meris fere vaſculis ſpiralibus conſtare. Experimenta haec Noſtrum confirmarunt, adeſſe vaſa ſpiralia in plantis, quae in terra creſcunt, ſed, an etiam in illis exiſtant, quae in aqua
p. 32. naſcuntur, diſquirendum erat. Itaque butomi atque arundinis plantas radicitus euulſas in liquorem rubrum immerſit, vigebant ita et arundo nouos culmos atque folia protrudebat, quae vaſa ſpiralia rubedine tincta oſtendebant, in butomi foliis ſimilia erant obſeruanda. Sed num quoque in feminibus earumque plantula talia vaſcula adſint; experimentum deci-
p. 34. mum fecit Cl. Auctor. Phaſeoli atque lupini ſemina in decoctum illud rubrum iniecit, eaque turgida reddita

dita diſquiſiuit atque ad plantulae ſeminalis radicu-
lam, foliola horumque coſtas ſpiralia vaſcula pene-
trare conſperxit. Cum vitis ramo maiori ſtramonio
et ſicoide inſtituta experimenta Noſtrum de vaſculo-
rum ſpiralium praeſentia quoque certiorem reddido-
runt. Componuntur vero vaſa iſta ex fibris rotun- p. 36.
dis ſpirali tractu meantibus, in quibusdam locis fi-
brae iſtae arctius compreſſae ſunt, quas coarctationes
Cl. Auctor primo pro valuulis habuit, attentius au-
tem eas conſiderans, coarctationes ſolas eſſe in ma-
ioribus vaſis plerumque, in minoribus rarius depre-
hendendas. In omnibus plantarum partibus organi-
cis ſpiralia haec vaſa exiſtere, ea autem non ſoli aeri
patere, verum praecipua nutritionis plantarum or-
gana eſſe, ex illis, quae accurate inſtituit experimen-
tis, Cl. Auctor affirmat.

XIX.

Noua phyſico-medica.

Regia Scientiarum Acad. *Burdigalenſis*, de utili na-
turae cognitione amplificanda prae aliis bene huc
uſque mereri viſa, praemia ſuperiori anno 1758 di-
cata,* exhibendi iterum caruit quidem opportunita-
te; cum voluntati ipſius non ſatisfecerint, qui ſuper
propoſitis quaeſtionibus traditi fuerant, commenta-
rii; has interim tamen ulterius inueſtigandas cupit,
ideoque tribus praemiis anno ſubſecuturo 1761 di-
ſtribuendis tres nunc ſequentes praefigit quaeſtiones:
quarum prima nimirum haec erit, ut *optimus diuerſas
terrarum qualitates agri culturae aptas cognoſcendi mo-
dus determinetur.* Quod in primis hanc attinet ma-
teriem, diſſertationum ipſi iam traditarum illos au-
ctores, qui ſymbolo uſi ſunt: *Tellus eadem fert omnia*
et

* vid. Comment. noſtr. Vol. VI. P. I. p. 173. et P. III.
p. 542.

et *Nunc Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa, requiras*, nunc rogatos vult Academia, ut labores ſuos renouent eosque ipſi propoſito argumento diuerſisque finibus huc pertinentibus, magis accommodatos, reddere ſatagant:

Altera quaeſtio *lanae praeparationem* reſpicit, *nonne auxilium inueniri queat, quibus illa ab inſectorum*, v. c. blattae, *morſu praeſtari tuta poſſit?*

Tertia denique *corporum* concernit *elementa, num haec in ipſa natura ſua immutari nequeant, an eorum unum in naturam alterius tranſire poſſit?*

Inſuper argumenta, *de vineae deputandae ratione optima*, porro de *colenda quercu* huic, quem agimus, anno 1759 praefixa, uti et alia *de lunae in vegetabilium et animalium incrementum efficacia* ſubſecuturo anno 1760. propoſita, * dictis iam annis manere praefixa, *Ill.* eadem declarauit Academia.

Scire adhuc licet, ſub conditionibus ſatis iam cognitis, ad Praeſidem Cl. BARBOT, Acad. Secretarium vel bibliopolae P. *Brun* viduam, ante primum maii diem cuiuslibet anni, mitti vel ipſis tradi debere commentarios.

Commemoremus denique, auctorem illius commentarii *de atmoſphaerae effectibus in vegetabilium prouentum* **, cui anno 1757 ab eadem Academia adiudicatum fuerat praemium, eſſe Cl. ROBERTVM DE LIMBOVRG, Medicinae tum temporis in Academia Monſpelienſi Studioſum.

Ex illis, quas Regia Scientiarum et Artium *Toloſae* florens Academia propoſuit quaeſtionibus, de quarum praemiis quingenta pondo gallica aequantibus, certare velint viri docti, ad noſtrum haec pertinere videtur inſtitutum, quae ad annum 1760 referri debet, ut nimirum *inueſtigentur modi, quibus ea,*

* l. c. ibidem.

** l. c. Vol. VI. P. III. p. 542.

ra, quae in corpore humano acciderint praeter opinionem, detegi atque praeuideri, (les moyens de reconnoître les contre-coups dans le corps humain) et *quibus eorum quoque praeueniri possint effectus?* Commentarii super hoc argumento vel latine vel gallice conscripti tradentur ante finem mensis ianuarii eiusdem anni, quo de iis suum publice declarabit Academia iudicium, Cl. SARTE, Abbati dicto, Academiae Secretario perpetuo, iis insuper obseruatis, quae apud Academias usu fuere recepta. Quum sentiendi et iudicandi libertatem cuilibet ex viris doctis concedat Academia, haec insimul quoque declarat, ideo, quod uni prae altero palmam adiudicet commentario, semet ipsorum opinionibus ibi stabilitis subscribere, easque facere suas, nolle.

Holmienſis Regia Scientiarum Academia in seilemniore conuentu superiore anno die quarto nouembris habito, Cl. RVDOLPH AVGVSTINVM VOGEL, Med. Doct. eiusdemque in Academia Gottingensi Professorem, Acad. Nat. Curios. Sodalem, in alia vero concione nuperrime, die nimirum februarii decimo, Cl. ROLANDVM MARTINVM, Anat. et Chirurgiae Professorem Publ. Holmiensem inter Socios recepit.

Vltraiectinae apud Batauos Academiae sub exitum superioris anni 1758. die decembris vicesimo secundo ereptus morte fuit Vir doctus, bonus atque officiosus Cl. EVERARDVS IACOBVS VAN WACHENDORFF, Med. Doct. eiusdemque et Botan. et Chemiae Prof. Ord. anno aetatis quinquagesimo sexto.

Respublica porro *Gedanensis* magnam fecit nuper iacturam in Viro Cl. IACOBO THEODORO KLEIN, ciuitatis illius Secretario, qui die vicesimo septimo

ſeptimo februarii aetatis annum ſeptuageſimum ſextum conſecutus, obiit *Gedani*.

Gottingenſis tandem Academia nuperrime die ſexto menſis aprilis nimis praematura morte amiſit V. Cl. IOAN. GODOFRED. ZINN, Med. Doct. eiusdemque et Botan. Prof. P. Ord. qui triceſimo et ſecundo aetatis ſuae anno febre hectica extinctus fuit. Quantum ab ipſius ſcientia, ſtudio et induſtria expectari adhuc potuerit orbis eruditus, vel ex iis ſatis iam apparet ſpeciminibus, quorum plus ſimplici vice in Commentariis noſtris mentionem cum laude faciendi habuimus occaſionem.

Typis haec, quae ſcripſimus, iam iam tradituri *Taurino* publice relatum legimus inſtitutum aliquod hiſtoriae naturalis incremento inſigniter utile futurum, quod ideo lectoribus noſtris paulo diutius detinere non liceret. Sereniſſimus enim Sardiniae Rex, ſcientiarum amantiſſimus, ut hiſtoriam adiuvet naturalem, Cl. Virum, VITALIANO DONATI, Med. Doct. Botanices et Hiſtoriae Naturalis in Acad. Taurinenſi publice conſtitutum Profeſſorem, Londin. et Holmienſis Scientt. Acadd. Socium, egregio in primis opere ante paucos annos edito*, inter viros doctos clarum factum, Aegyptum, Arabiam, Perſiam Indiamque Orientalem peragrare iuſſit, ut, quidquid ibi natura proferat, vel utile, vel rarum atque virorum naturae inueſtigandae curioſorum attentione dignum, annotet, examinet, omnique data opera de-

* Della ſtoria naturale marina dell' Adriatico. Saggio del Signor Dottore VITALIANO DONATI: giuntavi una lettera del Signor Dottore LIONARDO SESLER: Intorno ad un nuovo Genere di Pianta Terreſtri. In Venezia MDCCL. 4. mai. c. f. Germanice prodiit hic liber 1753. Halae Magdeburgicae.

describat atque delineanda curet, quaecunque demum ipsi obuenerint notatu digna, siue sint animalia, plantae, mineralia, siue caeteroquin singularia. Selectam trium iuuenum manum eiusdem scientiae cupidorum studiosorumque, qui scholis huius sui praeceptoris huc usque interfuerunt, ut ipsum in docto nunc itinere adiuuent, comitem ipsi adiecit Prudentissimus Rex, ita, ut multa inde eaque egregia in naturae cognitionem augendam redundatura speremus emolumenta.

Quam egregia ususque ampliſſimi sint inuenta, LOEWENHOEKII, SCHWAMMERDAMMII, MALPIGHII, GREWII, HOOCKII, BONANI, HILLII aliorumque doctorum virorum, naturam in minimis suis operibus microscopii ope inuestigantium, laboribus atque studiis debemus; plurima tamen sunt relicta, in quae detegenda et cognoscenda inquirere possint naturalis historiae cultores. Viris his iam commemoratis, celebritatem inde nominis consecutis, ex merito adiungimus Virum Cl. MARTINVM FROBENIVM LEDERMVLLER, cauſſarum patronum Norimbergae degentem, qui naturali quodam instinctu ad iucundum illud studium excitatus, per plures iam annos in illud incubuit, non solum legendo, quae ab aliis iam fuerint detecta, sed etiam tentando, num unus alterque ex antecessoribus recte obseruauerit, quae vidisse dixerat, an noua inueniri possent? Qua re commotus ea, quae ab iis vel falsi, certe minus accurate annotata, vel ab iis nondum inuestigata reperiebat, descripsit et ipsemet delineauit, accuratissimo huicque fini potissimum apto instructus microscopio: illud enim compositum, solare dictum, experimentis suis ideo adhibere noluit, ne veri corporum examini subiectorum colores cum illis peregrinis ab arcu dictis, confunderentur. Quae ab initio in sui tantum fecerat oblectamentum, ea

nunc

nunc publici usus reddere voluit ideoque dexterrimo viro, *Georgio Paulo Nußbiegel* tradidit, quo delineationes ab ipso descriptas in aes incideret coloribusque suis induceret. Quo errores autem, quantum demum fieri posset, euitarentur, tentamina ista ab ipso artifice repetenda voluit, ita ut hic ipse optimo adiutus microscopio non delineationes solum, sed ipsam quoque naturam ante oculos haberet. Operis huius, uti iucundissimi, sic et utilissimi edendi nuper factum fuit initium in forma, quam dicunt quartam maiorem, sub titulo: *Microscopische Augen und Gemüths-Ergözungen*, i. e *Microscopicae oculorum animique deliciae*. Prima, quae illius accepimus, specimina ita se habent, ut spem ab Auctore factam expleant, naturaeque curiosorum satis facere possint expectationi. Figurae enim accurate et artificiose sunt excusae, colores quam proxime accedunt naturalibus, eosque repraesentant, additaque explicatio non solum tentamen ipsum atque corporis exhibiti naturalis imaginem probe declarat, sed et, quae ab aliis de illo iam obseruata fuere, saepius simul continet. Illae, quas iam ante nos habemus, tabulae circulationem sanguinis in mesenterio ranae obseruatam, mucorem in uua aliqua repertum, viridis aeris et salis sedatiui dicti crystallos, sedimentum maris, vel concharum sic dicta semina seu minima ad maris littora eiecta conchylia, pilos humanos, mucorem e iuglande nuce desumtum, iunci medullam, sal culinare, varia Ammonis dicta cornua littoris Ariminensis, papilionum plumulas, spongiae particulam, ens veneris, filumque tandem linteum tenuissimum, exhibent. Ea vero ipsius prodituri operis erit ratio, ut singulis mensibus quatuor edantur tabulae cum una textus plagula, quarum ille erit ordo, ut singula vice ex quolibet sic dicto naturae regno pars aliqua desumta sit, ultima vero tabula varias res artificiosa hominum manu confectas offerat,

quo

quo discrimen inter naturae artisque vel maximae opera eo luculentius appareat. Vt interim sumtibus in hoc opus impendendis par esse possit artifex, supra nominatus *Nußbiegel*, omnes, qui illud sibi comparare cupiant, is rogat, velint vel apud ipsum *Norimbergae*, vel hic *Lipsiae* in notissima officina libraria *Breitkopfia*, profiteri sua nomina et pro singulo penso quatuor tabularum singulis mensibus euulgando vicenos sic dictos cruciferos, qui circiter quinque grossos semis aequant, in antecessum soluere: Ii vero, qui ab initio ante primi atque secundi editionem iuuarunt artificem, soluent quinidenos tantum cruciferos seu quatuor grossos: Ex nostro tamen iudicio non habebunt in posterum quoque subscripturi, cur pretii satis exigui leue modo reformident augmentum, quum maiori sane pretio artificis manus haud indigna videatur.

XX.

Index scriptorum physico-medicorum, quae anno 1757 prodierunt.

Histoire de l'Academie Royale des Sciences; Année 1753 avec les Mémoires de Mathématique et de Physique, pour la même Année, tirés des Registers de cette Académie. à Paris, 4. mai. c. f.

Histoire de l'Academie Royale des Sciences; Année 1748; avec les Mémoires de Mathématique et de Physique, pour la même Année, tirés des Registres de cette Academie. à Amsterdam, 12. c. f. Voll. 3.

Eiusdem libri annus 1749. ibid. 12. c. f.

Mémoires de l'Académie Royale de Chirurgie; Tome troisieme. ibid. 4. mai. c f.

Recueil des pieces qui ont concouru pour le prix de l'Académie Royale de Chirurgie. Tom. II. ibid. 4 mai.

Nova Acta phyſico-medica Academiae Caeſ. Leopoldino-Carolinae Naturae Curioſorum exhibentia Ephemerides ſiue obſeruationes hiſtoricas et experimenta a celeberrimis Germaniae et exterarum regionum viris habita et communicata, ſingulari ſtudio collecta. Tomus I. accedunt Appendix et Tab. aen. XIII. Noribergae, 4.

Neue Verſuche und Bemerkungen aus der Arzneykunſt und übrigen Gelehrſamkeit einer Geſellſchaft zu Edinburgh vorgeleſen, und von ihr herausgegeben. Als eine Fortſetzung der mediciniſchen Verſuche und Bemerkungen. Zweyter Band: aus dem Engliſchen überſetzt. Altenburg, 8. m. K.

De Bononienſi Scientiarum et Artium Inſtituto atque Academia Commentarii. Tomus IV. Bononiae, 4 mai. c. f.

Kongl. Svenska Vetenkaps Academiens Handlingar för Aor 1757. Vol. XVIII. Stockholm, 8 mai. c. f.

Der Königlichen Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt und Mechanik auf die Jahre 1755 und 1756. 17 und 18ter Band. Hamburg und Leipzig. 8 mai. m. K.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences et Belles Lettres Année 1755. à Berlin, 4. c. f.

Acta Academiae Electoralis Moguntinae Scientiarum utilium, quae Erfordiae eſt. Tomus I. Erfordiae et Gothae, 8. c. f.

Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici Tomo LI congli Indici de Tomi L della medeſima. in Venezia, 12.

Nuova Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici. Tomo III. ibid. c. f.

Memorie ſopra la Fiſica e Iſtoria naturale diverſi Valentoumini. Tom. IV. in Lucca. 8. (*Quinque hoc in Tomo continentur diſſertationes:* I. VINCENZII RICATTI Diſſertazione analitica ſopra l'integrazio-

tegrazione d'una formula algebrica per mezzo degli archi ellittici, ed iperbolici; 2. LEONARDI XIMENE'S Nuovo metodo per determinare la paralaſſe lunare, per le oſſervazioni degli eccliſſi; 3. D. PAOLI FRISI de aberratione lucis; 4. R. I. BOSCHOVICH de materiae diuiſibilitate et 5. CAROLI LINNAEI ſponſalia plantarum.)

Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſe Maatſchappye der Weetenſchappen te Haarlem. Derde Deel. Te Haarlem. 8 mai. c. f.

Etabliſſement d'une Société d'Agriculture, de Commerce et des Arts dans la Province de Bretagne par deliberation des Etats. à Rennes, 4.

Hamburgiſches Magazin, oder geſammlete Schriften aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. 18 *Band.* ibid. 8. *m. K.*

Allgemeines Magazin der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaften. 9*ter Theil. Leipzig*, 8. *m. K.*

Bremiſches Magazin zur Ausbreitung der Wiſſenſchaften; Naturlehre, Künſte und Tugend, mehrentheils aus den engliſchen Monathſchriften geſammlet. 1*ſten Bandes drittes Stück, nebſt Regiſter zum erſten Bande. Hannover und Bremen*, 8.

Fränckiſcher Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit und den damit verwandten Wiſſenſchaften. 2*ter Band. Nürnberg*, 8.

Leipziger Sammlungen von allerhand zum Land- und Stadt-wirthſchaftlichen Policey- Finanzen und Cammer-Weſen dienlichen Nachrichten etc. 150*ſtes Stück. Leipzig*, 8.

Oeconomiſche Nachrichten von 103 *bis* 108*ten Stück. Leipzig*, 8.

Oeconomiſch phyſicaliſche Abhandlungen 11 *und* 12*ter Theil, nebſt nöthigen Regiſter über den* 11 *und* 12*ten Theil. Leipzig*, 8.

Oeconomiſch-phyſicaliſche Wochenſchrift, worinne das Nützlichſte aus der Natur- und Haushaltungs-Wiſ-

ſenſchaft zu finden; desgleichen was zur Beförderung des Feldbaues, der Heilungskunſt, des Cameralweſens, der Policey, der Künſte, Manufacturen und Handlung gehöret. Erſten Bandes 6tes Vierteljahr. Stuttgard, 4.

Der phyſicaliſche und oeconomiſche Patriot; oder Bemerkungen und Nachrichten aus der Naturhiſtorie, der allgemeinen Haushaltungs-Wiſſenſchaft. Des 2ten Jahres erſtes Quartal. Hamburg und Leipzig, 4.

Oeconomiſche Gedanken zu weitern Nachdenken eröfnet. Aus dem Däniſchen überſetzt von CHRISTIAN GOTTLOB MENGEL. *Schreiben eines Freundes an ſeinen Freund, betreffend die Anlegung der Fabriken in Dänemark. 2 Theile. Koppenhagen und Leipzig*, 8 mai. (LVTKENS auctor eſſe dicitur.)

Schleſiſch-oeconomiſche Sammlungen, 16, 17 *und* 18*tes Stück, nebſt Regiſter von* 9 *bis* 16*ten Stück. Breslau*, 8 mai.

Braunſchweigiſche Sammlungen von oeconomiſchen Sachen, 1 *Band nebſt Regiſter. Braunſchweig*, 8.

Vermiſchte Schriften aus der Natur-Wiſſenſchaft, Chymie und Arzneygelahrheit. 4, 5 *und* 6*tes Stück. Frankfurt*, 8.

Nordiſche Beyträge zum Wachsthum der Naturkunde, der Wiſſenſchaften und der nützlichen und ſchönen Künſte überhaupt. 1 *Band, drey Theile. Altona, m. K.*

Phyſicaliſche Beluſtigungen, 29 *und* 30 *Stück. Berlin*, 8.

Allgemeine Hiſtorie der Reiſen zu Waſſer und Lande; oder Sammlung aller Reiſebeſchreibungen durch alle vier Theile der Welt. Funfzehnter Band. Leipzig, 4 mai. *m. K.*

Sammlung neuer und merkwürdiger Reiſen. 10*ter Theil. Göttingen*, 8 mai.

Collection Académique compoſée des Mémoires, Actes ou Journaux des plus célebres Académies et Socie-

Societés Littéraires Etrangeres; des Extraits des meilleurs ouvrages periodiques; des Traités particuliers et de Piéces fugitives les plus rares, concernant l'Hiſtoire naturelle, et la Botanique, la Phyſique expérimentale et la Chymie, la Médecine et l'Anatomie; traduits en François et mis en ordre par une Société des Gens des Lettres. Tome quatrieme de la partie étrangere et le premier Volume de l'Hiſtoire naturelle ſeparée. à Dijon et à Paris, 4 mai. c. f.

Mercure Danois: Juillet — — Decembr. Copenhague. (*Praeter varia variis ex ſcientiarum generibus depromta et petractata argumenta menſtruis in his libellis commentarii etiam phyſici, obſeruationesque medicae reperiuntur.*)

Allgemeine Hiſtorie der Natur nach allen ihren beſondern Theilen abgehandelt, nebſt einer Beſchreibung der Naturalienkammer Sr. Majeſt. des Königs von Frankreich. 3ten Theiles 2ter Band. Hamburg und Leipzig, 4 mai. *m. K.*

Obſeruationes circa bombyces, ſericum et moros ex antiquitatum, hiſtoriarum iuriumque penu depromtae. Tubingae, 4. (*Auctore* D. HOFFMANNO.)

La Conchyologie augmentée de la Zoomorphoſe, ou Repreſentation des animaux à coquilles, avec leurs explications. Nouvelle edition enrichie de figures deſſinées d'après nature. à Paris, 4. Vol. I. II.

La Zoomorphoſe, ou Repreſentation des animaux vivans, qui habitent les coquilles de Mer, de riviére et de terre, deſſinées d'après nature dans les Indes et pluſieurs Ports de Mer de l'Europe avec leurs explications. Seconde Partie de la Conchyologie. à Paris, 4. c. f. (*Vtriusque libri* D'ARGENVILLE *Auctor.*)

A compleat body of gardening or Eden (by IOHN HILL) London, fol. c. tab. aen.

Flora Berolinenſis i. e. *Abdruck derer Kräuter und Blumen nach der beſten Abzeichnung der Natur, zur Beförderung der Erkenntniß des Pflanzenreichs.* Centur. II. *Berlin,* fol.

Eiusdem libri Centur. III. ibid. fol.

Jardiniére de Vincennes: nouvelle Edition augmentée. à Paris, 12. Voll. 4.

Abhandlung vom Bau und Nutzen des Türckiſchen Weizens, nebſt einem Auszuge aus Herrn KALMS *Beſchreibung vom Meyskorne; dem einige Anmerkungen beygefüget worden. Berlin,* 8.

Anmerkungen zu geſchwinderer Beförderung der Maulbeerplantagen. ibid. 8.

Der curieuſe und offenherzige Weinarzt in ſichern und unſchädlichen Mitteln, wie man den Wein ſorgfältig warten, und wenn er zu Schaden gekommen, ihm wieder zu helfen, auch einheimiſche in fremde Weine verwandeln könne, nebſt einem Anhange von etlichen hundert bewährten oeconomiſchen Kunſtſtücken. Zweyte Auflage. Frankfurt und Leipzig, 8.

Diſſertazione dell' influſſo degli Aſtri ne corpi terreſtri. à Padoue, 4.

Diſſertazioni epiſtolari in riſpoſta alle conſiderazioni del D. G. A. SANGIORGIO. Milano, 4. (*Auctoribus* IOSEPH MERLI et STEPH. BETTINI.)

Hiſtoire des Navigations aux Terres Auſtrales; Voll. 2. à Paris, 4. c. f.

Recueil de diverſes pieces ſur les Thermometres et Barometres par l'Auteur de la Methode d'un Thermometre Univerſal. à Baſel, 4 (*Auctor eſt* MICHELI DV CRET.)

Mémoires Hiſtoriques et Phyſiques ſur le Tremblemens de Terre. à la Haye, 8. (*Auctore* ELIA BERTRAND)

Sammlung unterſchiedlicher Wiſſenſchaften und Kunſtſtücke, welche jedem Menſchen auf dem platten Lande und in der Stadt dienlich ſind, Nürnberg, 8.

Neueſte

Neueſte Geſchichte der Gelehrſamkeit in Schweden. Zweytes Stück. Roſtock, 8. (Continet etiam phyſica et medica.)

Der mediciniſchen Societät in Budiſſin Sammlungen und Abhandlungen aus allen Theilen der Arzneygelahrheit. Altenburg, 8.

Diſſertationes et quaeſtiones medicae magis celebres collectae. Lucae, 8. (*Studioſe has collegit* IOSEPHVS BENVENVTVS, *quibus etiam tractatum ſuum de hydrophobia addidit.*)

Phyſiologia of natuurkundige Ontleding van het menſchelyke Lichaam, waarin deszelfs maakſee, werking enz. verklaart wordt. Derde, Vierde, Vyfde en Zeſde Stukje. Voll. 4. te Amſterdam, 8 mai.

Hygiene dogmatico-practica rationem conſeruandae ſanitatis corporis humani cum variis artis medicae ſupplementis. Vlmae, 4.

Eſſai ſur l'uſage des Alimens, pour ſervir de commentaire aux Livres Diététiques d'Hippocrate, Tome ſecond. à Paris, 12. (*Auctore* LORRY.)

Pharmacopoea Argentoratenſis inclyti magiſtratus iuſſu reuiſa et ad uſum hodiernum accommodata a Collegio medico. Argentorati, fol.

Diſcorſi due Epiſtolari ſopra una Terra ſalina purgante di freſco ſcoperta nel Piemonte. Turin. 4. (*Commentarii prioris* BIANCHI, *alterius* VALCARENGHI *eſt Auctor.*)

Traité pratique de la Cure des Fièvres. Voll. 2. à Paris, 12.

Chirurgie complette ſuivant le ſyſtême des Modernes, contenant une deſcription courte et exacte des parties du corps humain, une explication facile de ſa méchanique, une idée générale de ſes dérangemens et les moyens d'y remédier; on y à joint des medicamens ſimples et compoſes, ranges par claſſes avec les formules, les plus ordinaires.

Seconde Edition revue, corrigée et augmentée par l'Auteur. Voll. 2. 12.

Vermehrt und verbeſſerte Ordnung des Hebammen-Meiſters und ſämmtlicher Hebammen der Stadt Strasburg. Strasburg, fol.

Eines ſcharfſinnigen Chymici hinterlaſſene Gedanken von Verbeſſerung der Metallen: oder naturgegründete und experimentirte Metallurgie. Hermanſtadt, 8.

Der geſchickte und wohl erfahrne Conditor und Zuckerbecker, ſamt einer Anweiſung zum Paſteten- und Tortenbacken, zu Einmachung der Früchte, zu ordentlicher Einrichtung der Tafeln und der heutigen Art, ſie zu beſetzen, wie auch zum Trenchiren. Nürnberg, 8. m. K.

Chymiſcher Verſuche 2te Sammlung, mit welchen theils Gold und Silber, theils Geſundheit und ein langes Leben, theils andere nöthige nützliche und curieuſe Dinge geſuchet und öffters gefunden werden, mit nützlichen Anmerkungen. Frankfurt und Leipzig, 8.

Hiſtoire naturelle du Senegal: coquillages, avec la relation abregée d'un voyage fait en ce pais pendant les années 1745, 50, 51, 52 et 53, par Mr. ADANSON. Tom. I et II. à Paris, 4. mai. c. f.

Maladies traduites du Latin de BAGLIVI, auxquelles on a ajouté des remarques et des obſervations fondées ſur la Theorie la plus claire et la plus reçue et ſur la plus ſaine pratique; par Mr. D'AIGNON, à Paris, -12.

B. S. ALBINI tabula vaſis chyliferi, cum vena azyga, arteriis intercoſtalibus aliisque vicinis partibus. Lugdun. Bat. fol. mai.

IVD. IAC. ALEFELD Diſſ. ſiſtens obſeruationes ſelectas de aurora boreali, ſubiuncta breui theoria. Reſp. *Iud. Iac. Marſchall*, Giſſae, 4.

Stirpium praecipuarum littoris et agri Nicaeenſis enumeratio methodica; cum elencho aliquot animalium

lium eiusdem maris, a CAROLO ALLIONIO. Parisiis, 8.

Eiusdem Orycctographiae Pedemontanae specimen, exhibens corpora fossilia terrae aduentitia. ibid. 8.

IONAS APELBLAD Reſe - Beſkrifning öfwer Pommern och Brandenboarg. Stockholm, 8.

IOH. APOSTOLOVICS Diſſ. inaug. de modo, quo adfectus animi in corpus humanum agunt, generatim. Halae, 4.

Kort berättelſe om den chineſiska Landthusholdningen af C. G. C. B. Stockholm, 8.

IOAN. FRID. BACHSTROM Obſeruationes de Scorbuti natura, indole, cauſis, ſignis et cura. Editio altera aucta et emendata. Florentiae, 8.

GOTTLIEB SAMVEL BAEVMLERS *mitleidiger Arzt, welcher lehret, wie man mit gemeinen Hausmitteln ſelbſt curiren könne. Straßburg*, 8.

STEPHANI ZAGONI BARA Diſſ. inaug. de theoria inflammationis vulgari venaeſectionem in curatione acutarum inflammationum male dirigente. Goetting. 4.

HYACINTH THEODOR BARON Quaeſt. med. an ab hygiene ſola repetenda morborum prophylaxis? Reſp. *Max. Ioſeph. Reys.* Pariſiis, 4.

Le Gentil homme Maréchal tiré de l'Anglois de Mr. IEAN BARTLET, où l'on a raſſemble tout ce, que les Auteurs les plus diſtingués ont rapportés de plus utile pour la conſervation des chevaux, et ou l'on traite fort au long de la caſtration etc. par Mr. DV PVY DEMPORTES. à Paris, 12.

Suite du Gentilhomme Maréchal contenant les moyens de conſerver la ſanté des chevaux tant en route, que dans l'Ecurie etc. Vol. I. ibid. 12,

M. IOAN. IOBI BARTSCH Epiſtola de ſtudio hiſtoriae medicinae iucundo non minus ac utili. Lipſiae, 4.

De principiis animalibus exercitationes viginti quatuor in theatro Collegii Medicorum Londinenſium habitae a GVILIELMO BATTIE. Londini, 4 mai.

Plan d' un cours de Chymie expérimentale et raiſonnée avec un diſcours hiſtorique ſur la Chymie: par M. MACQVER et M. BAVME. à Paris, 8.

Practical Reflections on the Vſes and Abuſes of Bath Waters, made from actual Experiments and Obſeruations by WILLIAM BAYLIES London, 8 mai.

Diſſertation ſur l' Aether, dans la quelle on examine les differens produits du mêlange de l'eſprit de vin, avec les acides minéraux, par M. BEAVME. à Paris, 12.

Gegründete Verſuche und Erfahrungen von der zu unſern Zeiten höchſtnöthigen Holzſaat, zum allgemeinen Beſten herausgegeben von IOHANN GOTTLOB BECKMANN. *Zweyte und viel vermehrte Auflage. Chemnitz*, 4.

ANDREAS BERCH Om Kornhus. Vpſal.

FRID. CONRAD. BERGMANN, Diſſ. inaug. de iniectionibus chirurgicis. Lipſiae, 4.

De Bagni di Piſa à pie del monte di S. Guliano, Trattato del D. GIOVANNI BIANCHI. in Firenze, 8 mai.

Lettera del Sig. Dottor GIOVANNI BIANCHI di Rimino ad un ſuo Amico ſopra d' un Gigante, che e paſſato per quella Citta. Rimin, 8.

LAMBERT. BIKKER Diſſ. inaug. de natura hominis, quae medicorum eſt. L. B. 4.

Hiſtory of the Royal Society of London. Tom. III et IV. by THOM. BIRCH. Voll. 2. London, 4 mai.

ELISABETHAE BLACKWELL collectio ſtirpium, quae in pharmacopoliis ad medicum uſum aſſeruantur etc. ſeu ELISABETH BLACKWELL *vermehrtes und verbeſſertes Kräuterbuch, bis 422 Blat; illuminirt. Nürnberg*, fol. mai. (*Prodiit etiam hoc anno*

anno Inſcriptio centuriae tertiae, atque cum explicatio figurarum etiam ſit finita, haec Centuria nunc abſoluta eſt.)

CHRISTIAN BLASCHKE Diſſ. inaug. de virtute venenorum medicata. Viennae, 4.

GEORG. RVDOLPH BOEHMER Diſſ. inaug. de polyphago et allotriophago Wittebergenſi. Reſp. *Chriſtian. Godofr. Frenzel.* Wittebergae, 4.

Eiusd. Progr. de experimentis, quae Cl. REAVMVR ad digeſtionis modum in variis animalibus declarandum inſtituit. ibid. 4.

Eiusd. Progr. de Melocacto eiusque in cereum transformatione. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de Crocidiſmo et Carphologia, ſigno in morbis acutis plerumque lethali. Reſp. *Samuel Auguſt Wagner.* ibid. 4.

ABRAHAMI KAAV BOERHAAVE, Hiſtoria altera anatomica infantis, cuius pars corporis inferior monſtroſa. Petropoli, 4. mai c. f.

M. CHRISTIAN FRID. BOERNER, Diſſ. de niſu et reniſu ut cauſa vitae ſanae. Pars prior. Reſp. *Io Henr Pfutſch* Lipſ. 4.

FRANC. BOISIER (DE SAVVAGES) Diſſ. de reſpiratione difficili. Reſp. *I. Baptiſt. Alexius Pichard.* Monſpelii. 4.

IMAN. IACOB VAN DEN BOS, Spec. med. inaug. de viuis humani corporis ſolidis. Lugd. Batav. 4 mai.

G. M. BOSE Carmen, quo Sympathiam attractioni et grauitati ſubſtituit. Witteberg. 4.

Recherches et Obſervations ſur toutes les parties de l'art du Dentiſte, par M. BOVRDET. Voll. 2. à Paris, 12.

IO. GODOF. BRENDEL, Progr. Aſcaridodea Hippocratis. Gotting. 4.

Eiusd. Progr. de ſulphure aurato antimonii non vomitorio. ibid. 4.

WIL-

WILLIAM BROMFIELD Account of the English Nightſhades and their effects, adſo practical obſervations on the uſe of corroſiue ſublimate and Sarſaparilla. London, 8.

MATTHIAS BVTSCHANX de fulgure et tonitru ex phaenomenis electricis. Diſſ. prior. Göttingae 4.

Eiusd. *de eodem argumento* Diſſ. poſterior. Reſp. *Philip. Iacob. Nagel.* ibid. 4.

F. B. BRÜCKMANNS *Abhandlung von Edelſteinen, nebſt einer Beſchreibung des ſo genannten Salzthaliſchen Steines. Braunſchweig*, 8.

A. E. BVECHNER Diſſ. inaug. ſiſtens nouae methodi ſurdos reddendi audientes phyſicas et medicas rationes. Reſp. *Io. Ioriſſen.* Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de febris intermittentis complicatione cum maligna, caſu quodam illuſtrata. Reſp. *Chriſt. Zachar. Rücker.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. Spicilegia quaedam ad olei vini praeparationem uſumque complectens. Reſp. *Frid. Ernſt. Guttorf.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de tincturis alcalinis aquoſis. Reſp. *Io. Frid. Haugh.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de difficultatibus circa promotionem haemorrhagiarum naturalium obuiis, earumque cauſſis. Reſp. *Io. Ferdinand. Tſchepe.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de ſudore colliquatiuo. Reſpond. *Georg. Chriſt. Schlichter.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de incongrui corporis motus inſalubritate. Reſp. *Ioan. Frid. Struenſee.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de topicorum medicamentorum abdomini illinitorum modo agendi. Reſp. *Lebrecht Aug. Frid. Loeper.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de exacerbatione haemorrhagiarum ab intempeſtiuo adſtringentium uſu. Reſp. *Io. Gotthold Matthaei.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de deliriis vitam et mortem praeſagientibus. Reſp. *Ioach. Chriſtoph. Iuſt. Bodenburg.* ibid. 4.

A. E.

A. F. BVECHNER, Diſſ. inaug. de viribus vitri Antimonii aurati ad rationes ſuas reuocatis. Reſp. *Io. Frid. Arnold Mueller*. Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de circumſpecto clyſterum in morbis exanthematicis uſu. Reſp. *Theod. Frid. Finger*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de peripneumonia notha. Reſp. *Io. Gottlieb Frid. Beyer*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de morborum temporibus eorumque diuerſa indicatione et prognoſi. Reſp. *Io. Carol. Boecking*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de pruriente naſo frequenti vermium indice. Reſp. *Samuel Clauſiwitz*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de vaſorum oſſificatione et concreſcentia ut cauſſis morborum. Reſp. *Io. Wilhelm. Merſetlin*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de neceſſaria breui poſt partum ſecundinarum extractione. Reſp. *Frid. Gotthilf Roth*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de ſternutationis commodis et incommodis. Reſp. *Valentin. Godofr. Schnakenberg*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de irae noxio et ſalutari effectu in corpus humanum. Reſp. *Io. Henr. Regenners*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de febrium malignarum ancipiti euentu ob tubum cibarium bile et cruditatibus repletum. Reſp. *Io. Theoph. Kloſe*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de tartaro vitriolato volatili eiusque viribus medicis. Reſp. *Chriſt. Henric. Lucas*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de haemorrhagiarum artificialium praerogatiua prae naturalibus in complicatione febris ſynochae cum acuta maligna. Reſp. *Io. Chriſtoph. Schwencke*. ibid. 4.

CORN. CANISII Diſſ. inaug. de calculo in genere et praecipue renum et veſicae. Lugd. Batav. 4. mai.

HARALD

HARALD CARELBERG Underrättelſe om Salpeter Ymnoga tilwäskning Jemte bifogade anmärkninger till Rikets almänna nytta. Stockholm. 8.

IO. FRID. CARTHEVSER Diſſ. de Chenopodio ambroſioide. Reſp. *Frid. Henr. Wilhelm. Martini.* Francof. ad Viadr. 4.

CARYOPHILI (BLASII) opuſculum de antiquis auri, argenti, ſtanni, aeris, ferri plumbique fodinis. Vienn. 4.

ANTON CASAMAIOR Quaeſt. med. an variis in locis tuendae ſanitati valde proficuus ventilatoris uſus? Reſp. *Ludov. Maria Girard de Villars.* Pariſ. 4.

La ſtruttura del Corpo Umano, deſcritta in verſi Toſcani d' ottava rima, come diceſi, obligata all' uſo degli Improvi artificio utiliſſimo per la memoria, opera di FRANCESCO CASELLI. in Firenze. 8.

Traité des Ecroulles par M. CHARMETTON: nouvelle edition. à Lyon, 12.

LAVRENTII CLAVSSEN, Diſſ. inaug. de inteſtini duodeni ſitu et nexu. Lipſiae, 4. c. f.

CAR. CLERCK Swenska Spindlar etc. ſ. Aranei Suecici figuris et deſcriptionibus illuſtrati: (*Sermone latino et ſuecico*). Stokholm, 4. mai. c. f.

THOM. COE a Traitiſe on Biliary Concretions or Stones in the Gall Bladder and Ducts. London, 8.

EMANVEL MENDEZ DA COSTA Natural Hiſtory of Foſſils. Vol. I. P. I. London, 4.

Traité pratique ſur la goutte et ſur les moiens de guerir cette maladie par M. COSTE. à Amſterdam, 8.

HENRIC. NEPOM. CRANTZ, Commentatio de re inſtrumentaria in arte obſtetricia. Noribergae. 4.

FRANC. CYGNA, Diſſ. de electricitate, de utero et irritabilitate. Turin.

RENE DAHVRONS *vollſtändiger Gartenbau, nebſt einem Anhange von Baumbeſchneiden und von der Bienenzucht; neue vermehrte Auflage, mit Kupfern. Weimar*, 8.

LVCAS DEBES *natürliche und politiſche Hiſtorie der Inſul Fävöe, worinne die Luft, Grund und Boden, Gewäſſer, Thiere, Vögel, Fiſche u. ſ. w. das Naturell, die Gewohnheiten, Lebensart der Einwohner dieſer Inſeln und ihre Verfaſſung beſchrieben werden: aus dem Däniſchen überſetzt von* CHRISTIAN GOTTLOB MENGEL, *und* TORMODI TORFAEI *Fävöeſiſche Geſchichte, aus dem Lateiniſchen überſetzt, mit Kupfern. Koppenhagen*, 8.

HENR. FRID. DELIVS Diſſ. inaug. non nulla ad malum hypochondriacum ſpectantia. Reſp. *Samuel Schwarz.* Erlang, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. non nulla ad diaetam caſtrenſem. Reſp. *Tob. Gottf. Zeiſſer.* ibid. 4.

IO. DAN. DENSO *phyſikaliſche Bibliothek. 6 und 7tes Stück. Roſtock und Wiſmar.* 8.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING Diſſ. med. I. de medicamentis quibusdam adulterationi obnoxiis. Reſp. *Petrus a Weſten.* Roſtoch. 4.

DANIEL ANDREAS DIEBOLD Diſſ. inaug. de aere in humoribus corporis humani. Argentorati, 4.

L'Eſſai de l'Hiſtoire naturelle de la Mer Adriatique par M. DONATI, avec une lettre de Mr. SESLER ſur une nouvelle Eſpece de Plante terreſtre, traduit de l'Italien. à la Haye. 4. c. f.

D. ARNOLD DVNZE, *der Herrn* WERLHOF, PALLAS, PRÖBISCH *und* HIAERNE, SVTER, CARPSER, *des Straßburgiſchen* Collegii medici, *und des Herrn von* HALLER *Urtheile über eine Krankengeſchichte, und über einem ſtreitigen Punct des darüber verfertigten* viſi reperti. *Bremen*, 4.

Reliqua proxime.

Contenta in hac parte.

1. Recueil periodique d' Obſervations de Médecine etc. Tom. III. p. 195.
2. VANDERMONDE Recueil periodique d' Obſervations de Medecine etc. Tom. IV. p. 210.
3. TISSOT de Febribus bilioſis ſeu Hiſt. epidemicae bilioſae Lauſanenſis an. 1755. p. 225.
4. DE HALLER ſur la Formation du coeur dans le poulet etc. Mémoire I. et II. p. 234.
5. CLAVSSEN Diſſ. de inteſtini duodeni ſitu et nexu p. 247.
6. KRATZ Diſſ. ſiſtens hiſtoriam fontis Holzenſis in Alſatia, p. 248.
7. Hiſtoire et memoires de l'academie royale des Sciences de Paris. an 1753. p. 251.
8. ROESELII Hiſtoria naturalis ranarum noſtratium p. 282.
9. MEYER *Vorſtellung mancherley fremder und ſeltener Thiere* p. 297.
10. RVSSEL the Natural Hiſtory of Aleppo etc. p. 301.
11. Magazzino Toſcano Tom. I et II. p. 313.
12. GRONOVII Muſeum Ichthyologicum Tom. II. p. 322.
13. ZINN Catalogus plantarum horti academici et agri Goettingenſis p. 326.
14. MECKEL Diſſ. epiſt. de vaſis lymphaticis glandulisque conglobatis p. 336.
15. MONRO de venis lymphaticis valuuloſis et earum in primis origine p. 339.
16. v. IVSTI *Grundriß des geſammten Mineral-Reichs* p. 343.
17. ROEDDER *Beſchreibung des Driburger Geſund- und Stahlbrunnen* p. 355.
18. REICHEL Diſſ. de vaſis plantarum ſpiralibus p. 360.
19. Noua phyſico-medica p. 363.
20. Index Scriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1757. prodierunt p. 369.